HERMANNUS von der Hardt
Erudito & æquo Lectori.
S. D.

EN, optime Lector, *primam* Rerum Concilii œcumenici Constantiensis *molem; De Disciplinæ Ecclesiasticæ emendatione in Constantiensi Concilio quæsita.*

Qvæ ingens rerum antiqvarum rarissimorumqve monumenrorum farrago, ex permultis MSCtis eruta, qvoniam maxima ex parte tenebris hactenus pressa, & huic seculo incognita: De conditi hujus Operis *primique TOMI* constructi, origine, adjumentis, præsidiis, argumento, ordine ac scopo, qvædam prænuncianda veniunt. Ex qvibus parem proxime SEQVENTIUM TOMORUM huc spectantium indolem, MSCtorum adhibendorum apparatum, monumentorum raritatem dignitatemqve, ut & methodi regulam, cognoscere qvisqve possit.

CAP. I.
De præcipuis Constantiensis Concilii negotiis.

DIVI SIGISMUNDI IMPERATORIS suprema Majestas, Cæsarea autoritas, prudentia, sacratissimo illo fastigio digna, ex splendidissimo olim *Constantiensis primi in Germania Universalis Concilii* theatro clarissime effulsit, totumqꝫ Christianum illustravit orbem. Nec enim illo ævo illustrior ampliorqve data occasio Imperatori Augustissimam suam testandi Majestatem, supremumqve in resarciendam Ecclesiam & Rempublicam Christianam jus exercendi, qvam *Universali Concilio Constantiæ Germanorum à se congregato.*

Erat illa tempestate, circa limites seculi XIV. & XV. omnium historicorum unanimi consensu, in *Ecclesiastico statu* ea ubiqve animorum distractio, morum depravatio, ac distortus consiliorum nexus, ut sursum deorsum ferrentur universa. Hinc qvotidianæ bonorum qverelæ de continuis maculis corporis religiosi. Indefinentia ad emendationem sacram suspiria atqve vota. Et *à capite* quidem *ad calcem* illa ætate Ecclesiasticum corpus variis infectum fuisse morbis, omnes illius fati scriptores coætanei non sine dolore monuerunt. *Regimen sacrum* confusum & extra orbitas distractum. Unde abusus orti, Ecclesiis inferioribus molesti aut exitiosi. In *clero* qvoqve *minori* ea morum pravitas notata, ut Christiana norma solo nomine superstes censeretur.

Hanc ægram illius seculi faciem, habitu religioso velatam, penitius cum aliis viris cordatis ac sapientibus intuitus gloriosissimæ memoriæ IMPERATOR SIGISMUNDUS: Sed & pro celsissimo in Ecclesiam affectu, atqve augustissimo in ejus patrocinium jure, illius misertus, serio de his malis è medio tollendis cogitavit, *emendationemq̃ve universi status Ecclesiastici* magno animo est molitus.

Qvo fine de *Concilio œcumenico sub cœlo Germanico congregando*, cœpto sacratissimo consilio, hoc *Constantiam* mox convocari pro autoritate sua Cæsarea mandavit. Hocq; in illo, pro augustissima sua voluntate felicissime tandem coacto, religiosissime egit, ut *totius Ecclesiasticæ Disciplinæ reformatio* ex voto Christiani orbis pararetur.

Erat profecto hæc moles tam gravis, ut proximi ante Sigismundum Cæsares manum admovere dubitaverint, ceteri magnates succumbere labori nondum cœpto sunt visi. Unde Herculea SIGISMUNDI reqvisita animi corporisq̃ præsentia, manus Imperiali jure armata, & pectus infracto robore, virtutis & constantiæ præsidio, munitũ. *Regimen* delineare, formare aut restituere *in Dei templo salutare*, magnæ molis erat, clerumq̃ vitiis tunc deformatum reformare, atqve virtute omni imbuere, insuperabile negotium.

Ausus proinde SIGISMUNDUS, qvod divina suggerebat dextra, qvod supremi Ecclesiæ Advocati summa facultas spondebat, quod totus christianus orbis ab eo petebat atqve expectabat.

Volvit hoc saxum CÆSAR GLORIOSISSIMUS ATQVE PIENTISSIMUS in perauguſto isthoc à Se definito Concilio multis annis, ita qvidem, ut universa solertissime ac sapientissime instrueret momenta.

Orta hinc in Concilio *de hoc Emendationis sacræ negotio* consilia infinita, tentatæ machinæ innumeræ. Qvæ omnia pertinacissimum emendationis studium & inexplebile desiderium in SIGISMUNDO CÆSARE demonstrarent. Qvod confirmant tot epistolæ, orationes, consultationes, gratulationes, florente illo Concilio, ad SIGISMUNDUM directæ, qvibus grande ac laudabile CÆSARIS *in emendando Ecclesiastico statu* facinus probaretur, animusq̃ in proseqvendo suffulciretur.

Unum hoc erat *Constantiensis Concilii negotium CÆSARIS* providentia

videntiâ instructum, *Ecclesiasticæ disciplinæ communis emendatio.* Junctum huic arcto vinculo & *alterum* grande *momentum*, Constantiæ in Concilio, Celsissimo SIGISMUNDI nutu & consilio atq; inexplicabili prudentiâ confectum: *Trium Pontificum*, Johannis XXIII. Gregorii XII. & Benedicti XIII. ferales de sede Papali *lites componendi*, *tres illos sede prorsus movendi*, *aliumque meliorem*, emendationi superiori adjuvandæ, si daretur, parem, *constituendi.* Qvod, labore, vigiliis, consiliis, itineribus, precibus, minis, armis, sacratissimi CÆSARIS SIGISMUNDI ut licuit absolutum, in immortalem Cæsaris gloriam, Imperiiq; Romano Germanici decus æternum cessit.

Tertium anceps fuit Concilii opus, concernens varias illo tempore ventilatas *opinionum dogmatumqve religiosorum* difficiles ac intricatas qvæstiones, qvas vel *Johannes Parvus*, *& Johannes à Falckenberg*, Theologi Galli, vel *Johannes Hus & Hieronymus*, Theologi Pragenses, vel *visionum Brigitticarum assertores*, vel *Flagellantium sectæ duces*, vel *ordinis Teutonici*, *armis ad fidem infideles conversuri*, *parastatæ*, publice moverant. Qvæ argumenta, qvantum Cæsari per alios fuit relictum, sollicite tractata.

Civilia reliqva CÆSARIS SIGISMUNDI in Concilio prodita præclara facinora, Electorem Marchionemq; Brandenburg. FRIDERICUM, Duces plures, Comites, Barones, Eqvites magno numero, pro Cæsarea facultate, Electorum Principumq; Collegio applaudente, creandi, Johannem XIII. profugum in vincula conjiciendi, Fridericum Austriæ Ducem Johannis Papæ protectorem armata manu à partibus Johannis abstrahendi, supremæ Majestatis extitere argumenta.

CAP. II.

De Serenissimi Ducis RUDOLPHI AUGUSTI, *Conditoris hujus Historici Operis Celsissimi, ingenti pro Historia hac Germanica suscitanda sollicitudine.*

PRistina hæc in Imperio Romano-Germanico ante tria propemodum secula prodita admiranda ac stupenda *fata*, freqventer animo volvit SERENISSIMUS PRINCEPS RUDOLPHUS AVGVSTVS, BRVNSVICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM DVX, Herois Septuagenarii gloriâ, Imperii ac Germanicæ gentis & antiquæ virtutis amore, ac nobilioris historiæ illustrandæ studio vere Augustus.

Impense doluit Serenissimus, posteritatis fata pro celsa sua sapientia eminus contemplatus, insolitam isthanc & admirabilis fati fortunam Constantiensis Concilii, tot seculis à nobis jam remoti, non plene atque dilucide esse expositam, posterorumq; memoriæ commendatam. Tantoq; hoc Princeps tulit ægrius, quanto certius ex *Codicibus MSCtis antiquissimis*, in *Bibliothecis* suis *Ducalibus*, RUDOLPHEA BRUNSVICENSI, cujus Præfectura mihi cle-

mentissime demandata, & AUGVSTA WOLFFENBVTTELENSI, nec non ACADEMICA HELMSTADIENSI, reconditis, intellexit, Concilii illius memorabilis prægrandia Acta minimâ ex parte hactenus esse edita. Quamobrem pro sincera in Cæsarem pietate ac devotione, ardenti in Germanicæ gentis gloriam affectu, & insatiabili in posteritatis emolumentum studio, luculentiorem memorabilium illorum antiquorum fatorum ideam aut recensionem enixe optavit.

Consultum quoque fore autumavit Princeps, ex aliis *Illustribus Germaniæ Bibliothecis*, si quæ superessent, adsciscere alia, vel paria vel ampliora, *MSCta*, ad antiquas has Constantiensis Concilii res spectantia. Quod vel hanc ob causam sollicitius ac maturius curandum judicavit, quod iniqua sæpe fata præstantissimis MSCtis exitium subito minentur, bello tricennali similibusque tempestatibus testibus, quorum interitus tum demum æquiori quodammodo ferri possit animo, si antiqua illa monumenta typis prius sint descripta.

Interea per varios interpretes admodum felici fato innotuit, in AUGUSTISSIMA BIBLIOTHECA CÆSAREA VINDOBONENSI, inæstimabili infinitorum MSCtorum thesauro, aliisq; Illustribus Germaniæ Bibliothecis, plura latere Volumina, Constantiensis Concilii ætatem ac res referentia. Quapropter è re fore Serenissimo Duci visum non solùm Germanicæ hujus historiæ plenius explicandæ, sed & antiquæ virtutis gloriæq; Imperii Romano-Germanici illustrandæ, antiquissima isthæc κειμήλια inspicere ac conferre.

Pro pietate verò ac prudentia SERENISSIMI DVCIS constitutum, eam in recensenda illa antiqua gravissima Germaniæ historia adhiberi fidem atque modestiam, ut nulla Ecclesiæ aut Reipublicæ capita, nostrâ ætate eminentia, ulliusque Status aut regiminis hodierni conditio aut juris regula, attingatur: Sed, nostri seculi rebus plane postpositis, antiqua fata Constantiensia nude recenseantur, pristinâ remoti seculi facie sine omni fuco, nec nostra manu sed priscorum coævorum scriptorum penicillo, sincere depictâ.

CAP. III.

De MSCtis Codicibus Rerum Concilii Const. ex Augustissima Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi.

NE quid igitur vel Operis integritati vel ornatui deesset, ad impetrandum laudata MSCta nulli labori atque studio parsum. Quapropter apud Sacram Cæsaream Majestatem, MAGNUM LEOPOLDUM, IMPERATOREM INVICTISSIMUM, IMPERII ROMANO-GERMANICI ET ANTIQVÆ EJUS VIRTUTIS AC JURIUM CUSTODEM AC VINDICEM POTENTISSIMUM, CAPUT ORBIS CHRISTIANI AC LITERATI CELSISSIMUM, devotis-

votissimis precibus actum est, Illustri Domino *de Nessel*, JCto, Consiliario ac Bibliothecario Cæsareo, parastata ac Patrono benignissimo, Generosissimo Domino *de Imhoff*, Ducis Consiliario ac ad Cæsaream Curiam Legato, interprete felicissimo, ut MSctorum quorundam laudatorum ex incomparabili thesauro literario Vindobonensi usus SERENISSIMO DVCI indulgeretur. Qvod *impensum Ducis pientissimi votum* adeo fuit fortunatum, ut, cognitâ recensionis secuturæ integritate atque fide, *SACRATISSIMÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS* ineffabili clementiâ, desiderati Codices *MSCti* ex AUGUSTISSIMA CÆSAREA BIBLIOTHECA VINDOBONENSI quantocius ad Ducis manus ablegarentur. Qvi devotissimo cultu & inenarabili cum gaudio sunt excepti.

Qvorum MSCtorum indicio & testimonio, ingenue omnino & aperte pronunciare haud veremur, Germaniæ Imperiiq; Sacri augustissimum præsidium, immensum decus & æternam gloriam esse, infinitis antiqvissimisq; MSCtis instructissimam BIBLIOTHECAM CÆSAREAM VINDOBONENSEM. Qvæ suum caput tanto celsius efferat super omnem vel amplissimum apparatum Germaniæ librarium, qvanto est universi orbis consensu manifestius, Cæsarem Augustum in Cæsare *LEOPOLDO*, literarum scientiâ, literatorum amore, prudentiæ virtute, æqve ac armorum fortunâ & triumphis vivere ac florere.

Nacta profecto *historia præsens Germanica* ex pretiosissimis illis CÆSAREIS VINDOBONENSIBUS MSCtis lucem clarissimam, & præcipuam, *animam* inquam & *vitam*. Sine qvibus *MSCtis* hoc difficile opus, longa hæc pristinorum fatorum commemoratio, langueret, & ægrius spiritum duceret.

His adeo *aureolis Cæsareis* ornatum opus historicum, & locupletissimo quidam illo apparatu instructum, non solum eam exinde dignitatem indeptum est, ut lucem adspicere mereretur, verùm etiam hoc decus impetravit, ut clementissimo *SACRATISSIMÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS* nutu bearetur. Devotissimus erga *CÆSAREM AUGUSTISSIMUM* cultus, serenior hæc operis fortuna, ac desideratissima fatorum benignitas, haud admittunt, *inexplicabilem* hanc huic Operi clementissime annuendi *Sacræ Cæsareæ Majestatis gratiam silere*.

Qvæ vero sint antiqva monumenta Constantiensia, ex *Cæsareis* illis *Codicibus* deprompta, quæ *Primum* hunc *Tomum* ornent, nunciabunt *Partes* VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIV. XVII. XX. XXI. XXIII. XXIV.

Alias plures pretiosissimas Constantiensis Concilii reliqvias, ex Cæsarea isthac Augustissima Bibliotheca ad nos deductas, exhibebunt *Tomi sequentes*.

CAP. IV.

De MSCtis Codicibus Constantiensibus ex Bibliotheca Electorali Brandenburgensi.

NOvum mox affulsit lumen antiqvæ huic Germanicæ Historiæ, & Constantiensis Concilii fatis è tenebris in lucem producendis, ex

Potentisſimi ELECTORIS BRANDENBURGENSIS FRIDERICI III. *Electorali Berolinenſi Bibliotheca.*

In celſa qvippe Potentisſimi hujus Electoris Curia, ſapientiæ omnisqve elegantisſimæ doctrinæ templo, eminenti loco poſitus Illuſtrisſimus atqve Excellentisſimus Dominus *Ezechiel de Spanheim*, Conſiliarius Electoris intimus, eruditorum Mæcenas gratioſisſimus, pro ſuo in illuſtrandam rẽ literariam univerſam affectu prolixisſimo, in Electorali Bibliotheca Berolinenſi ſedulo perveſtigari curavit, ex quo Serenisſimi Ducis Noſtri ſcopum perſpexit, ſi quæ MSCta, Conſtantienſis Concilii res concernentia, in illa offenderentur. Deprehenſa curatè mox conſignari mandavit, ac illorum obtinendorum luculentisſimam ſpem fecit. Eademq́, per venerabilem ac celeberrimum Virum, Dn. *Stephanum Chauvinum*, Paſtorem ac Profeſſorem Electoralem ſolertisſimum, ad nos ablegata, noſtræ fidei benignisſime commendavit.

Conſtitueramus quidem, *primo huic Tomo* ad finem vergenti, ſuo loco, pro fatorum ordine, inſerere ex *Electoralibus* his *MSCtis Codicibus* petitum *Diploma Martini V.* recens in Concilio electi, *datum in Concilio Imperatori Sigismundo, de decimis ex Eccleſiaſticis opibus in Germania per annum ſibi vindicandis*, pro immenſis ſumptibus in Concilii rebus à Cæſare factis, ac inexplicabili labore, ad lites diſſidentium trium Pontificum componendas puribus annis impenſo: Vnà cum literis ea de re illo tempore ſcriptis. Verùm, conſultius tandem viſum, hiſtoriæqve ac rerum ordini accommodatius, ſi ad *Tomum II.* hocce monumentum reſervaretur, quo de Schismate Papali Conſtantiæ per Sigismundum ope Concilii deleto agetur. Hujus enim potisſimum Cæſarei magni facinoris rationem habuit Martinus Pontifex, qvando Sigismundo Cæſari illud Diploma conceſſit. Alia plura antiqua monumenta, res Concilii hujus attingentia, ex *MSCtis* illis Electoralibus Berolinenſibus *aliis Tomis* orbi erudito ſiſtemus.

Neqve ſilentio præterire fas erit, in his *MSCtis Electoralibus Brandenburgenſibus* nos deprehendiſſe inter alia *antiqvum exemplar MSct. Speculi Aurei, De titulis beneficiorum Eccleſiaſticorum*, operis decantati, A. 1404. haud longe ante Concilium Piſanum ac Conſtantienſe ſcripti, Anglo Jcto Paulo tributi, cujus meminit *Warthon*, in Append. Hiſt. Liter. Cave f. 78. quodq́ exhibuit ſuperiori ſeculo, A. 1555. Baſileæ *Wolfgangus Wiſſenburgius* Theologus, ſubminiſtrante Flacio, & ad illius editionis exemplar renovavit hoc ſeculo *Goldaſtus, Tomo II. Conſt. Imper.*

Optaveramus dudum *hujus antiqui Operis MSCtum*, idq́ prima illa ætate exaratum. Qvandoqvidem animus erat, ſi emendatius foret MSctum aut plenius, vel integrum Operi præſenti inſerere, fatorum ætatis Conſtantienſis ſpeculum lucidiſſimum, vel argumentum ex tali MScto recenſere luculentius. Qvod autem tale hujus libri MSctum ſollicite qværentibus tunc non ſuccurreret, merito integrum diſſimulavimus, ac ad *Wiſſeburgium* vel *Goldaſtum* lectorem ablegavimus, contenti, argumentum breve ex Wiſſenburgiana recenſione exhibuiſſe in Præfatione *Partis IX.*

Gaviſi

Gavisi autem posthac fuimus vehementer, quando in Codice MScto Electorali Berolinensi non solùm offendimus *Aureum* illud *Speculum*, sed & correctius multo editis ex matura & curata illorum collatione deprehendimus. Estq́ hic MSctus Codex non qvidem ante Constantiense Concilium descriptus, haud longe tamen post recensitus, antiqvius certe MScto quo usus cum Flacio Wissenburgius. Horum enim Codex scriptus fuit A.1467. finito dudum Concilio Basileensi: Electoralis voto Berolinensis Codex exaratus in exordio Concilii Basileensis, & quidem Basileæ, in ipso Concilio, A.1432. Neqve adeo potuimus, qvin & *Speculum* illud *aureum*, *MSCti* hujus *Electoralis* adjumento politum multumq́ve purpurgatum, futuris usibus reservaremus.

CAP. V.

De MSCtis Codicibus Constantiensibus Serenissimi Ducis Saxo-Gothani.

SErenissimus Saxoniæ Dux *FRIDERICUS*, cognitâ Serenissimi Ducis Nostri optimâ intentione, ex *Bibliotheca* sua avita *Ernestina Gothana*, *Codices MSCtos* ad hanc rem facientes liberalissime impertivit, ac celeberrimi *Tenzelii*, *Historiographi Saxonici*, operâ ad nos ablegavit.

Qvam præclara & hæc sint monumenta, constabit ex primi hujus etiam Voluminis Partibus XXII.XXIII.XXVI. Luculentiora *seqventes* dabunt *Tomi*.

CAP. VI.

De MSCtis Codicibus Constantiensibus Helvetiæ & Sveviæ.

SErenissimus Würtenbergiæ Dux *EBERHARDUS LUDOVICUS*, pro Celsissima cum Serenissimo Duce nostro affinitate, nil qvoqve intermisit, qvod ad investiganda *antiqua MSCta*, in vicina maxime *Helvetia*, ipsa etiam *Svevia*, conferre posse videretur.

Qvapropter Illustri Consiliario suo, Dn. *Johanni Ulrico Pregizero*, Collegii Imperialis Historici membro, ac rerum Germanicarum scrutatori sagacissimo, id negotii dedit, qui *novo itinere ad Helvetos* suscepto, ad *Bibliothecas præstantissimas* aditum sibi per magnates Helvetiæ pararet, ac qvi literarii in illis thesauri laterent observaret. Præstitit hanc operam fidelissime atque expeditissime *inclytus Pregizerus*, lustratisq́ve *præcipuis Helvetiæ Bibliothecis Codices MSCtos* designavit, *Serenissimoq́ve DUCI nostro* ordine recensuit. Qvanqvam verò integra illa *MScta Helvetica* complecti nondum contigerit, gratum tamen lectori ipsiq́ posteritati fore autumamus, ipsam *MSCtorum Helveticorum*, ad Acta Constantiensis Concilii spectantium, designationem hic exhibere.

En

En ergo *Itinerarium Illustris Pregizeri Helveticum, pro lustrandis Constantiensis Concilii MSCtis*, ad Historiam MSCtorum Constantiensis antiqvi Concilii plurimum collaturum.

Unterthänigste Relation

Von einigen MSCtis Actorum Concilii Constantiensis.

ALs ich Endts Unterzogener im Jahr 1688. und 1691. in gewisser Fürstl. Wirtenbergischen *Commission*, und besonders wegen des vorhabenden *Collegii Imperialis Historici*, eine Reise durch Ober-Schwaben und die Schweitz, biss gen *Genev und Lion in Frauckreich*, auch durch *Burgund und Elsas* gethan, habe ich neben andern vielen wichtigen, gelehrten und curiosen Sachen die ich observiret, zu COSTNITZ, wie auch in dem Kloster REICHENAW, und zu SALMANSWEILER, verschiedenes, was DAS ZU COSTNITZ GEHALTENE CONCILIUM antrifft, und einige CODICES MANUSCRIPTOS von gedachten Concilio, angetroffen. Welches alles aber genauer durchzugehen, die Zeit dazumahl und andere Geschäffte nicht haben zugelassen.

Nachdem aber IHRO HOCHF. DURCHL. HERR RUDOLPHUS AUGUSTUS, HERTZOG ZU BRAUNSCHWEIG UND LUNEBURG &c. durch Herrn HERMANN von der HARDT, Vortrefligen Professorem bey der Weltberühmten Universität zu Helmstädt, den 25. Februarii dises 1696. Jahrs gnädigst an mich schreiben und begehren lassen, wie zu IHRO HOCHFURSTL. DURCHL. Höchstpreisslichen und Glorwürdigsten Vorhaben, *de edenda Historia Concilii Constantiensis sub Sigismundo Imperatore*, dieselbe einiger von mir gesehener *Manuscriptorum ad majus decus superiori Historiæ conciliandum* könten theilhaftig gemacht werden: Habe ich IHRO HOCHF. DURCHL. zu unterthänigster schuldigster parition hiezu alle Anstalt gemacht.

Und nachdem ich erfahren, dass Herr BARON VON LANDSEE, IHRO KAYSERL. MAJ. GEHEIMER RATH (welcher zerschiedene Gesandschaften an *das Hochfurstl. Hauß Braunschvveig* verrichtet, und einen seiner Herrn Söhn der Studien halber auf die *Universität* gen *Helmstädt* geschicket) sich dermahlen zu Costnitz noch ein Zeitlang aufhalte: Habe ich solches vor die beste Gelegenheit gehalten, durch diesen vortreflichen, Gelehrten, mir sehr geneigten Cavallier und Kayserl. Ministrum, denjenigen CODICEM MANUSCRIPTUM DE CONCILIO CONSTANTIENSI, den ich vormals ZU COSTNITZ bloss obiter durchsehen, wiederum zu Handen zubekomen und etwas genauer zu tractiren.

Deswegen ich mit gnädigster Erlaubniss und guthwilligen Consens *Ihro Hochf. Durchl. zu Wirtenberg*, meines gnädigsten Fürsten und Herrn, und *Deroselben Herrn geheimen Regiments-Räthen*, eine Reise von Stuttgardt in Ober-Schwaben, und an den Bodensee nechst-verwichenen 14. April. angetreten.

Da ich denn den 16. darauf zu COSTNITZ angelanget, und mich alsobald bey Herrn BARON VON LANDSEE (den ich zu allen Glück noch allda, ehe er wiederum auf sein Landguth nacher Glatt in den Hertzogthum Wirtenberg gelegen, abgereist, angetroffen) angemeldet, und ihm mein Vorhaben entdecket. Zu welchen er sich denn gar willfährig bezeigt, und die Gnade gerühmet, die Er von dem Hochfürstl. Hauss Braunschweig zerschieden mahlen genossen, auch alsobald zu dem *Syndico der Stadt Costnitz, Herrn Doct. Werner*, und dem *Cantzeley-Vervvalter* alda *Herrn Licent. Sturmen* geschickt, durch welche mir die Oestereichische Cantzley zu Costnitz eröffnet worden. Alwo ich den vor etlichen Jahren von mir gesehenen Codicem Manuscriptum in sermone vernaculo von den Constantzischen Concilio alsobald wiederum zu Han-

den

den gekommen. Den ich fleisig und von Anfang biss zu Ende durchlesen, auch denselben mit andern Codicibus die von diesem Concilio in Truck kommen, conferiret. Was nun in den bekanten getruckten Codicibus von diesem Concilio Constantiensi anzutreffen, damit habe ich mich nicht auf halten noch dasselbe abschreiben mögen, dieweil solche Codices typis editi, zweiffels frey in der Welt-beruffenen Bibliothec zu Wolffenbüttel, und sonsten noch wohl zu bekommen: Sondern ich habe nur dasjenige in gedachten Codice manuscripto attendirt, was in getruckten Codicibus nicht also exprimirt ist.

Gedachter CONSTANZISCHE CODEX nun ist in dem Jahr 1464. in teutscher Sprach geschriebé worden von *Joh. Rasteter, Stadt-Schreiber zu Costnitz*, welcher deswegen von gedachter Stadt zu Lohn bekommen hat 20. fl. In den vordern Blatt dieses Codicis stehen diese Worte: *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, Psalm.* 19. *Et hæc verba propriè apponuntur Apostolis, qui & Evangelium prædicaverunt in universo mundo. Etiam digne potest apponi Civitati Constantiensi in Alemannia Provinciæ Moguntinæ. Quasi diceret civitas Constantiensis de se ipsa cum mansveto Propheta David: In omnem terram exivit nomen Constantiæ, & divulgatum est nomen ejus in universa terra.* Ps. *Laus ejus in Ecclesia Sanctorum.*

Hernach folgen auf dem andern Blatt diese Worte: *Omnipotens Deus, qui es retributor omnium bonorum, vindictor malorum, da mihi viam recte scribendi, qui es trinus & unus.* Hernach folgen diese Worte: *Hie faht an, vvie das Concilium geleit ist vvorden gen Costnitz &c.*

Was ferner in dem Codice manuscripto enthalten sey, welches in den getruckten Codicibus de Concilio Constantiensi also nicht expresse und ausführlich enthalten, das zeiget die *Beylag* allhie mit Lit. A. bezeignet an.

De quibo Excerptis alio disseremus Tomo.

Ferner habe ich zu COSTNITZ erfahren, dass Kayser Sigismundus zur Zeit des gehaltenen Concilii viel *Privilegia der Stadt Costnitz* ertheilt und derselben *ihr Wapen* vermehret hat, dass sie nemlich *ob dem schvvartzen Creutz im vveissen Feld einen rothen Schvvenckel* führt, und auch *mit roth Wachs siegeln* darf.

An dem Kauf-Hauss zu Costnitz, welches vormahls das Conclave Pabsts Martini V. gewesen zeitwehrenden Concilii zu Costnitz, seynd inwendig noch einige alte Wapen, auswendig aber diese Inscription zu sehen und zu lesen:

GAUDE CLARA DOMUS PACEM POPULO GENERASTI
CHRISTICOLAS DUM PONTIFICES TRES SCHISMATE VEXANT
TUNC OMNES ABIGIT SYNODUS QVAM TU TENUISTI
IPSE SEDEM SCANDIT MARTINUS NOMINE QVINTUS
DUM QVADRINGENTIS NUMERAT POST MILLE SALUTIS
FESTO MARTINI DECEM ET SEPTEM SIMUL ANNOS.

Auf der Seiten nächst hieran stehen diese Worte:

Dis ist das Huss des Friedes und der Vereinigung der Mutter der Heiligen Christlichen Kirchen, indem die Unrein Verdrennung dreyer Päbsten usgerut, und Ainikeit Christlicher Geistligkeit durch die heilge Erwehlung Pabsts Martini des Fünften befestiget ist. Anno Domini M CCCC XVII Jar. Uf Martini.

Bey dem *Thum-Stifft zu Costnitz* war vor diesen auch ein *berühmte Bibliothec*, deren *Stumphius, Bruschius, Crusius*, und andere gedencken: Deswegen ich mich bey *Herrn Zinzerling Thum Stiffts Pflegern* angemeldet, solche Bibliothec zu besehen, ob etwan auch einige Manuscripta bey derselben de Concilio Constantiensi anzutreffen. Es sagte mir aber dieser *Herr Zinzerling*, dass *solche Bibliothec* im vorigen und itzigen Seculo durch Krieg und andere Fäll *gantz distrahiret*

und alieniert worden, daſs bey derſelben *kein Manuſcripta mehr*, und ſehr wenig gedruckte Bücher anzutreffen ſeyn: Welches ich ſchon Anno 1691 wahr zu ſeyn befunden.

Es ſagte mir auch *HERR BARON von LANDSEE*, daſs einige Manuſcripta de Hiſtoria Concilii Conſtantienſis bey der *Adelichen Familie zu Bernhauſen* vormahls ſeyn anzutreffen geweſen. Deswegen ich zu Coſtnitz *Herrn JOHANN SIGMUND von BERNHAUSSEN Thum-Capitularen des Hohen Stiffts Coſtnitz* beſprochen, aber befunden, daſs er von dieſen Manuſcriptis nichts wiſſen wollen. Daher *Herr BARON von LANDSEE* vermuhtet, daſs etwann dieſe Manuſcripta bey dieſes Herrn von Bernhauſen Bruder, *MARQVARDO ANTONIO FREYHERRN zu BERNHAUSSEN, ThumCapitularen des Hohen Stiffts zu Augſpurg*, eher noch möchten anzutreffen ſeyn, mit dem ich aber keine Kundſchafft habe.

In *dem Barfuſſer Cloſter zu Coſtnitz*, in welchen zu Zeiten CONCILII CONSTANTIENSIS die *Natio Germanica* logieret hat, und die Secretiora Concilii in conventibus Deputatorum ſeind tractiret worden, iſt *ein Archivum Ordinis Franciſci*, in welchen *die Acta Originalia Concilii Conſtantienſis* ſollen aufgehalten werden. Es ſagt mir aber ein Pater dieſes Cloſters, daſs ſie allein über ſolch *Archivum* nicht kämen, ſondern daſs der *Gvardian des Franciſcaner Cloſters zu Uberlingen an Boden-See* auch ein Schlüſſel zu dieſen Archivo habe, ohne welchen ſie allein nicht können dieſes Archivum aufſchlieſſen.

Ich vernahm auch von *Herrn BARON von LANDSEE*, daſs *zu Coſtnitz in dem Auguſtiner Kloſter*, in welchen ſich zu Zeiten Concilii Conſtantienſis die *Natio Hiſpanica* aufgehalten, einige manuſcripta de Concilio Conſtantienſi wären. Deswegen ich in ſolchen Kloſter nach dieſen Manuſcriptis gefraget, von denen mir auch ein Pater etvvas ſagte, daſs dergleichen vorhanden, und bey den Pater Prior deſſelben Cloſters anzutreffen vvären. Als ich aber dieſen Pater Prior desvvegen beſprochen, vvolte er nichts davon vviſſen, daſs dergleichen er in Händen hätte, oder in ſeinen Cloſter vväre: Kundte ich alſo von ihm hierin vveiter nichts erfahren und erhalten.

In obgedachten *Franciſcaner Cloſter* iſt in der Kirch deſſelben das *Epitaphium* des Gelehrten Cardinals und JurisConſulti *Franciſci Zabarella*, vvelcher auf dem Concilio alda geſtorben, und lautet das Epitaphium alſo:

ANNO DOMINI MCCCCXVII. VII. Kal. Octobr.
CONSTANTIÆ IN CONCILIO GENERALI
FRANCISCUS ZABARELLA PATAVUS
CARDINALIS FLORENTINUS VIR DOCTISSIMUS
POST MULTA EJUS IN UNIVERSALIS ECCLESIÆ
UNIONEM EGREGIA MERITA OBIIT
SUMMO OMNIUM CUM MOERORE.

Es ſtarb auch auf dieſen Concilio der berühmte *Manuel Chryſoloras, ein gelehrter Ritter*, vvelcher in der Griechiſchen Geſandſchafft vvar neben *NICOLAO* und *ANDRONICO*, die ihm zugeordnet gevveſen, von vvelchen auch *Criſius* meldet in *Annalibus Svevicis lib.6. part.3. cap.10.* Das *Epitaphium* gedachten *Chryſolora* ſtehet in der Kirch des *Dominicaner Cloſters zu Coſtnitz*, ob dem Altar, vvelchen Johannes von Ravenspurg Eques auratus geſtifftet, und lautet alſo:

ANTE ARAM HANC SITUS
DOMINUS MANUEL CHRYSOLORA MILES CONSTANTINOPOLITANUS
EX VETUSTO GENERE ROMANORUM QVI CUM CONSTANTINO IMP:
MIGRARUNT. VIR DOCTISSIMUS PRUDENTISSIMUS OPTIMUS.
QVI TEMPORE GENERALIS CONCILII CONSTANTIENSIS OBIIT

EA

EA EXISTIMATIONE UT AB OMNIBUS SUMMO INTER MORTALES
SACERDOTIO DIGNUS HABERETUR DIE XV. APRILIS MCCCC XV.
CONDITUS EST APUD DOMINICANOS.

Neben diesen in die Wand eingehauenen Epitaphio mit alten Byzantinischen Buchstaben hanget auch ein *Täfelein von Pergamen*, auf welchen diese *Vers geschrieben seynd mit güldenen Buchstaben*, welche *Æneas Sylvius* diesem Chrysoloræ zu einem Epitaphio gemacht:

ILLE EGO, QVI LATIUM PRISCAS IMITARIER ARTES
EXPLOSIS DOCUI SERMONUM AMBAGIBUS, ET QVI
ELOQVIUM MAGNI DEMOSTHENIS ET CICERONIS
IN LUCEM RETULI, CHRYSOLORAS NOMINE NOTUS,
HIC SUM POST VITAM, ET PEREGRINA IN SEDE QVIESCO.
HUC ME CONCILII DEDUXIT CURA, TRIUM DUM
PONTIFICUM ECCLESIAM VEXARET SÆVA TYRANNIS.
ROMA MEOS GENUIT MAJORES, ME BONA TELLUS
BISANTINA TULIT, CINEREM CONSTANTIA SERVAT.
QVO MORIARE LOCO NIL REFERT, UNDIQVE COELUM
POENARUMQVE DOMUS MENSURA DISTAT EADEM.

In dieser *Kirch des Dominicaner Closters* liegt auch neben vielen Alten Adelichen Geschlechten *Heinrich von Ulm*, vvelcher im Jahr 1415 gestorben, begraben, dessen Schild und Helm aldort auffgehencket seynd, vvoran ein Täffelein hängt, mit dieser Umschrifft: *Dieser vvar vom Kayser Sigismundo tempore Concilii Constantiensis zum Ritter geschlagen.*

Sonsten ist auch noch zu Costnitz *eine geschriebene Costanzische Chronic in der Cantzeley*, vvelche meistens die Stadt angehet, die ich aber vvegen Abvvesenheit eines Burgemeisters der sie in Händen hatte nicht habe können zu lesen bekommen. Es hat aber ein Rahts-Vervvandter alda, Namens *Beuther*, noch ein ander *fleissig zusammen geschriebene Chronic von der Stadt Costnitz*, die ich aus Wilfahrigkeit des *Syndici* alda *Herrn Doct. Werners* zu lesen bekommen. Dieses *Chronicon Manuscriptum* meldet auch etvvas *von dem Concilio Constantiensi*, hat aber so gar sonderliche rara nicht davon: Doch hat *Herr Syndicus Werner* versprochen mir noch einige abgeschriebene Copien hernach zu schicken, vvann ich zu Hause komme.

Der Actus vvie Käyser Sigismundus dem Pabst auf diesen Concilio geschvvoren, ist auch andersvvo ex Actis bekand. Der Kayser schvvur auch dem Concilio zu dem Evangelio mit gebogenen Knieen, habitu Evangelizantis indutus, legte die Kayserliche Kron auf den Altar: die ChurFürsten zu Pfaltz und Brandenburg hielten das Evangelium, und Chur Sachsen das Schvverdt mit der Spitzen ob des Kaysers Haubt: Hernach hielte Chur Pfaltz bey dem Actu das Scepter in der rechten und den Reichs-Apfel in der lincken Hand: und ChurBrandenburg die Kayserliche Krone. Der Kayser hatte auch einen Schlüssel zu dem Conclavi Martini V. Papæ, und bätete auch vor demselben in einer Procession auf den Knien um eine glückliche Päbstliche Wahl.

Die Beschreibung dieses Conclavis ist in obgedachten *Codice manuscripto de Concilio Constantiensi bey der Cantzeley zu Costnitz* ziemlich ausführlich. Doch findet man solche den Haubtumständen nach in der gedruckten Beschreibung des Costantzischen Concilii zu Franckfurth Anno 1575. Desvvegen ich dieses nicht vveiter abschreiben mögen.

Von Costnitz begab ich mich auch in das nechst daran gelegene *Benediktiner Closter Petershausen*, in vvelchen sich Kayser Sigismundus zu Zeiten des Concilii Constantiensis viel aufgehalten, und diesem Closter desvvegen ansehn-

liche Privilegia ertheilt hat. In diesen nun hat mir der itzige *Abt zu Petershausen* grosse Ehr erwiesen, er discurierte mit mir viel von gelehrten Sachen, führte mich selbst auf die *Bibliothec*, offerirte mir zwey Codices manuscriptos de fundatione & Casibus Cœnobii Petershusani. Ich gedachte alda auch einige *Manuscripta von dem Concilio Constantiensi* zu erhalten, aber ich traff davon *nichts* an, ausser einen gedruckten alten Codice von diesem Concilio, welchen ich auch in meiner Bibliothec habe.

Hiernach begab ich mich in das *Kloster Reichenaw*, *so 2. Stund von Costnitz* gelegen. Aldorten wuste ich auch noch von meiner Reise A. 1691. dass einige *Acta und Sermones von dem Concilio Constantiensi in MSCtis* vorhanden wären, die ich auch dismahl angetroffen und durchlesen habe.

Diese nun bestunden in *zweyen Tomis*, und vermuthete der *Pater Bibliothecarius Benedictus*, dass *noch einer* vorhanden, der sich aber auf fleissiges Nachsuchen in der Bibliothec *nicht* finden wolte.

Diese *Sermones* seynd alle in Lateinischer Sprache von zerschiedenen Cardinälen, Ertzbischöffen, Bischöffen, und andern vornehmen Patribus Concilii, zu Costnitz in der Thum-Kirch über zerschiedene Materias und Casus auf gedachten Concilio gehalten, und von einen *Benedictiner-Munchen des Klosters Reichenaw* nachgeschrieben worden. Und seynd in gemeldeten zweyen *Tomis* vornemlich:

Sermones ad Pontificem in præsentatione Jaroslai de Bohemia.
Sermones Francisci de Zabarellis, Cardinalis.
Conciones variæ, tempore Concilii habitæ super diversos textus sacræ Scripturæ.
Sermo M. Henrici de Hassia de Assumptione Virginis.
Sermones de Hæreticis M. Johannis Spindleri.
Sermones Fratris Johannis de Rocha.
Sermones Jacobi Episcopi Placentini in exequiis Cardinalis Barensis.
Sermones Mauritii de Praga Cancellarii Ecclesiæ Pragensis.
Sermones Andreæ Episcopi Posnaniensis electi.
Sermones Theodorici de Monasterio Episcopi Firmani.
Sermones Fratris Eberhardi baptizati Monachi ordinis S. Benedicti Abbatis.
Sermones Fratris Matthæi de Anglia, Aichstättensis Sacerdotis.
Sermones Fratris Johannis Zachariæ, Ambascitatoris almæ Universitatis studii Erfordensis.
Sermones Fratris Burchardi Vagrii Conventus Montispessulani.
Sermones Fratris Alexandri, Episc. Placentinensis.
Sermones M. Stephani de Praga.
Sermo Episcopi Laudensis Jacobi, super condemnatione Hieronymi de Praga, in quo acerbe quoque invehit contra Johannem Wicleff & Hussum.
Ejusdem Sermo in condemnatione Johannis Hussi, ad locum Pauli in Epist. ad Romanos c. 5. *destruatur corpus peccati.*
Sermones M. Johannis Huguonotti de Metis, Licentiati in legibus, Ambassiadoris Universitatis Avenionensis.
Sermones Fratris Johannis Zachariæ, S. Theol. Professoris.

Sermo-

Sermones Johannis de Gerſon, Cancellarii Pariſienſis.
Sermones Petri Bertrandi, Cardinalis.
Sermones M. Johannis de Gauſuon, anno 1416. Apoſtolica ſede vacante.
Sermones Cardinalis Cameracenſis.
Epiſtola Leviathan ad Pſeudo-Prælatos Eccleſiæ pro ſchismate confirmando.

In dieſen *Codice Manuſcripto* einem ſtehen in dem Titul-Blatt *zvvey Adler* abgemahlet, ſamt dieſen Worten: *Aqvila Bohemiæ, Aquila Ungariæ.* Der Status Eccleſiæ & Reipublicæ aber wie er zu Zeiten des Concilii Conſtantienſis in dem Reich geweſen, iſt von einem Benedictiner Mönche aus dem Kloſter Reichenau, der zu Coſtnitz auf dem Concilio gevveſen, mit dieſen Worten beſchrieben: *Receſſit Lex à Sacerdotibus, Juſtitia à Principibus, conſilium à ſenioribus, fides à populo, à filiis reverentia, à Subjectis charitas, à Prælatis Religio, à Monachis devotio, à monialibus honeſtas, à Juvenibus diſciplina, à Clericis doctrina, à Magiſtris ſtudium, à Scholaribus timor, à ſervitoribus æquitas, à Judicibus integritas, à militibus fidelitas, concordia à civibus, communitas à ruſticis, bonitas ab artificibus, veritas à mercatoribus, largitas à divitibus, caſtitas à virginibus, virtus & mœror à viduis, munditia & fiducia à Conjugatis. Et nunc quid fratres niſi venite ante Chriſtum, Amen. Chriſtus quaſi nullus habetur, & à potentibus hujus ſeculi velut peregrinus reputatur.*

Wie nun gedachte *Bibliothec zu Reichenavv* eine der beſten und berühmteſten in gantz Teutſchland vormahls gevveſen, alſo hat ſich derſelben das Concilium Conſtantienſe ſehr vvohl bedient, als auf vvelches die beſte Codices Manuſcripti aus ſolcher Bibliothec in groſſer Anzahl ſind geführet vvorden. Wodurch aber hernach dieſe Bibliothec in groſſen Abgang kommen iſt, indem die entlehnete Manuſcripta hin und her diſtrahirt, und nicht vvieder reſtituiret vvorden.

Von Reichenavv nun ging ich vveiter an Bodenſee hinauf biſs gen *Lindavv*. Alvvo ich bey Herrn *Superintendenten Porzelio* auch *ein Manuſcriptum de Concilio Conſtantienſi* angetroffen, vvelches er mir in Copiis nachzuſchicken bey meiner Abreiſe verſprochen.

Von Lindavv nahm ich meinen Rückvveg nach *Salmansvveyler* in das berühmte *Kloſter Ciſterzer-Ordens*. Alvvo mir der Herr Prælat groſſe Ehre ervviesen, und aus der *Bibliothec* alda denjenigen *Codicem Manuſcriptum de Concilio Conſtantienſi* zugebrauchen erlaubt, den ich anno 1691. ſchon angetroffen hatte, und den der berühmte *Pater Mabillon*, als er längſten vor mir zu Salmansvveiler in ſeiner bekanten Reiſs durch Teutſchland gevveſen, ſehr hoch æſtimiret hatte, alſo daſs er den Prælaten zu Salmansvveiler tauſend Gulden davor angeboten hatte, aber der Prælat vvolte ihm nicht vveggeben oder verkauffen, und hatte *Pater Mabillon* nicht mehr Erlaubniſs als auf 2. oder 3. Stund dieſen *Codicem* in Gegenvvart zvveyer Patrum zu tractiren: Mir iſt aber dieſer Codex gantz allein auf meinen Logiment in dem Kloſter Salmansvveiler auf 2. Tage lang zu gebrauchen erlaubt vvorden. Und hat vormahls der *Cardinal Sfondrati* als er noch *Abt zu S. Gallen* gevveſen, und in Materia Regaliarum auch ſonſten pro Romano Pontifice contra Regem Galliæ in qvibusdam juribus prætenſis geſchrieben, aus dieſen Codice eines und anders extrahiren laſſen.

De quo MSCto Codice dicemus aliàs, alio Tomo.

Dieſer *Codex* nun iſt *in Lateiniſcher Sprache anno 1492. geſchrieben vvorden.* Er vvird inſcribiret: *Beatæ Mariæ in Salem. Acta in Concilio Conſtantienſi, milleſimo quadringenteſimo decimo quarto, Pontificatus Domini Johannis Papæ Viceſimi tertii, anno ejus quarto.*

De his Excerptis alio dicendum Tomo.

Die vornehmsten Contenta dieses Codicis Manuscripti seynd von mir aufgezeichnet vvorden in hiebey kommender Beylag, vvelche mit lit. B. signirt ist. Worinnen die Worte, die in parenthesi mit diesen Signis (. .) eingeschlossen, bloss summa rerum capita notiren, vvovon der gantze tenor verborum in dem Codice selbsten ausführlich enthalten ist, vvelchen gäntzlich abzuschreiben ich nicht an der Zeit gehabt habe.

Von Salmansvveiler brachte mich der Weg zurück auf das *Kloster Zvviefalten*, in vvelchen zvvar eine *schöne grosse Bibliothec*, und darin auch viel Codices antiqvi Manuscripti, aber *nichts absonderliches von dem Concilio Constantiensi* anzutreffen ist.

Von Zvviefalten ging ich nach *Tubingen*, alvvo auch bey der Universität nachgefragt, aber *nichts von dergleichen Manuscriptis* antreffen können.

Von Tübingen nun bin ich zu *Stuttgardt* vviederum den 28. April. glücklich von dieser Reiss allhie ankommen.

In der *Fürstlichen Ober-Raths*, vvie auch *Consistorii Bibliothec*, nicht minder in dem *Fürstlichen Archivo* allhie, allvvo ich fleissig nachgesucht, hab *ich keine Manuscripta von mehr gedachten Concilio* antreffen können.

In meiner vvenigen Bibliothec habe ich die erste getruckte Edition von dem Concilio Constantiensi, so zu Augspurg heraus kommen an. 14. . Dergleichen Edition auch in der Bibliotheca Consistorii allhie ist. Doch hat meine Edition einige Bildnissen mehr, die in andern Editionibus nicht seyndt. Die Editio Concilii Constantiensis Hagenoæ anno 1510. & Mediolani anno 1511. ist bekant.

Hernach ist bekant, dass als unter Kayser Car. V. post pacem Noribergæ Religioni ad breve tempus datam von einem Concilio generali viel gehandelt vvorden, zu künfftigen Behueff desselben die Historia Concilii Constantiensis vviederum ist aufgeleget vvorden zu Augspurg mit Figuren und Wapen anno 1535. Worauf die Acta dieses Concilii anno 1538. zu Cölln neben andern Conciliis edirt vvorden, vvelche sonsten auch absonderlich in einen besondern Tomo in Druck kommen seynd. Welchen Tomum aber vveder in Costnitz noch sonsten bissher habe bekommen können.

Anno 1541. hat Stumpfius die Beschreibung des Concilii zu Costnitz in Druck edirt, die ich zu Lindavv neulich bey einen guten Freunde angetroffen.

Hernach ist das Costnitzer Concilium, auffs neue zugerichtet, doch mit vvahrer und unverhinderter Ersetzung und Inhalt des alten Exemplars, zu Franckfurt anno 1575. durch *Sigmund Feyrabend* in Druck herauskommen, mit vvelchen Exemplar so mir Herr *Baron von Landsee* zu Costnitz communiciret, ich den geschriebenen Codicem in der Cantzley alldort conferiret habe.

Dass bereits zu Lion die Editio Concilii Constantiensis neben andern Conciliis qvoad decreta & Canones neulich vviederum unter der Press sey, habe ich auch auf dieser Reise gehöret.

Zu *Wyh*, ein Städtlein *in der Schvveitz*, habe ich anno 1688. auf meiner Reiss in dem Saal des Rath-Hauses alle Wapen der Gesandten auf dem Concilio zu Costnitz sehr accurat und nach der Blason-kunst abgemahlt angetroffen: Ob bey selbiger Stadt, oder nicht vielmehr zu *Zurch*, bey der alldortigen *berühmten Bibliothec*, oder zu S. Gallen in dem Kloster, allda etvvann nicht auch einige *Manuscripta* von diesem Concilio vorhanden, lasse ich dahin gestellet seyn.

Stuttgardt den 26. Maji 1696.

Johann Ulrich Pregitzer, D.

In

In Sveviæ quoque *Weingartensi Cœnobio* Manuscriptum membranaceum Constantiense latere, quod vidit, nunciavit nuperrime curiosissimus *Pregizerus*. Forte & hoc est, quod superiori seculo cum aliis membranaceis codicibus ex incendio ferali hujus Monasterii ereptum. Cujus fati meminit sedulus rerum Germanicarum scrutator, *Gabriel Bucelinus, in Constantia Rhenana, p. 358. A. 1578. luctuosissimo totæ posteritati incendio vastatur Imperiale monasterium Weingartense, splendidissimo & amplissimo, quod paulo ante Johannes successor extruxerat, Palatio, cum ignibus, tum consequente inde concameratorum ædificiorum ruina absumpto, in quod paulo ante locupletissima magni momenti* veterum Manuscriptorum *& incomparabilis raritatis monumentorum Bibliotheca translata est*, paucis è pergameno libris, *ipso flammarum impetu, per longa aëris spatia, in patentes campos ejectis & posteritati* conservatis.

Cap. VII.

De MSCtis Codicibus Constantiensibus Reipublicæ Noribergensis.

LIBERA S. R. I. NORIBERGENSIUM RESPUBLICA id qvoqve DUCI SERENISSIMO in præclarum Celsitudinis Ejus Opus, Germanicæ Historiæ futurum decus singulare, testata est studium, ut, Magni hujus *Principis*, de literaria re & Germanicæ historiæ luce adeo solliciti, veneratione ducta, *MSCtorum Constantiensium* apparatum è sua Bibliotheca publica *Duci* promptissime exhiberet. Proinde *Generosissimi* atqve *Excellentissimi Domini* CAROLI WELSERI, in Magnifico Noribergensium Senatu eminentis, propensa voluntate, & *Venerabilis Theologi Senis, Dn. Conradi Feurlini*, Venerandi Ministerii Antistitis ac Reipublicæ Bibliothecarii, svavi consensu, peregregios *Codices MSCtos* prompte submisit Vir maxime Reverendus ac Celeberrimus *Dn. Johannes Conradus Feurlin*, excellens Ecclesiæ Noribergensis Theologus & Orator divinus. Qvali *aureolâ Noribergensi Primus* hic *Tomus* condecoratus conspicitur Parte IV. Alias *proximis Tomis* attexemus.

Cap. VIII.

De MSCtis Codicibus Constantiensibus Illustris Academiæ Lipsiensis.

EX Illustris ACADEMIÆ LIPSIENSIS BIBLIOTHECA PAULINA, magno Manuscriptorum apparatu instructa, præclarissimos antiqvos *Codices MSCtos*, ad Constantiensis Concilii fata spectantes, perbenigno apud Magnificum Rectorem Senatumqve Academicum interprete *Viro Illustri Domino Menckenio, Academiæ Professore, & universi orbis literati lumine clarissimo*, liberaliter submini-

ministravit *inclytus Dn. Pfauz, Academiæ Lipsiensis Professor ac Bibliothecarius.* Qvi Lipsiensis Academiæ in *Serenissimum* DUCEM RUDOLPHUM AUGUSTUM tenerrimus amor, in ipso statim hujus negotii literarii operisq; delineati principio Duci explicatus ac reapse demonstratus, fausto omine, ingenti Manuscriptorum cumulo convehendo, & ex scriniis Germaniæ tabulisq; reconditis eruendo, egregie prælusit. Qvippe *Principis* cura tam fausta ac divinitus tantopere mox beata, ut *centena* prope *MSCta* huc facientia jam confluxerint.

Primus hic *Tomus* his *aureolis Lipsiensibus* jam *ornatus* sese Lectori offeret Parte. IX. f. 546. XV. XXI.

Seqventes Tomi ampliora ac ponderosiora Constantiensia κειμήλια ex Lipsiensi illo Manuscriptorum thesauro exhibebunt.

CAP. IX.

De MSCtis Codicibus Constantiensibus Academiæ Erfurtensis.

IN antiqva *Bibliotheca Academiæ Erfurtensis*, qvæ suos quoque olim ad Constantiense Concilium legatos misit, *MSCta Constantiensia* spectari, ac in illis *Codicem, orationes in Concilio habitas complexum*, relatum nobis est *à celeberrimo Tenzelio.*

CAP. X.

De MSCtis Codicibus Constantiensibus Germanorum deperditis.

G*Ermanorum* hæ sunt *opes literariæ*, ex splendidissima conciliari pompa reliqvæ, ex Imperiali olim urbe Constantia advectæ, & passim per Germanorum Bibliothecas distributæ, quæ hactenus nostris usibus sunt subministratæ aut denunciatæ. Non est dubium, qvin alibi adhuc inter Germanos lateant plures hujus generis *reliquiæ Constantienses*, quæ trium horum seculorum infinitas, ex bellis, flammis, tineis, imperitisq; manibus, injurias superarunt, nostram autem hactenus fugiunt conscientiam. Qvæ utinam mature observarentur, nobisve resuscitanda ac perpurganda & ornanda benevole communicarentur.

Qvam facile periculum ac pronum exitium immineat ejusmodi chartis, quarum cineres irrigare lacrymis licet, ex cineribus resuscitare negatum, tristi exemplo nos docuit *Illustrissimus ac Generosissimus Dominus* JOHANNES à WALLENROD, *Potentissimi Electoris Brandenburgensis in Borussia Consiliarius Intimus*, qvi Historiam Concilii Constantiensis, ab illustri olim JOHANNE à WALLENROD, stemmatis ejusdem progenie, in Constantiensi Concilio præsente, egregie concinnatam, sed flammis cum instructissima Parentis Bibliotheca hoc seculo consumptam, nobisqve adeo subductam, amare deplorat. Qvod in *Præfatione Partis II.* magno nostro cum dolore nunciavimus.

Brunsvigæ

Brunſwigæ in templi Andreani Bibliotheca, magna olim MSCtorum copia celebri, Conſtantienſium quoque MSCtorum monumenta fuiſſe conſpecta, aſt maxima ex parte periiſſe, reliquiis nonnullis ſervatis, cum dolore ſignificavimus in *Præfat. Partis III.*

Neque dubium, quin in magna MSCtorum congerie, quam *Chriſtina, Regina Sueciæ*, hoc ſeculo ex Germania in Sueciam abſportare, nuncio Reverendo *Conovio, Veteris Brandenburgi Eccleſiaſte* doctiſſimo, conſtituerat, ſed undis marinis eſt abſorpta, Conſtantienſia quoque comparuerint.

Palatina tot laudibus ob MSCtorum theſaurum decantata olim *Bibliotheca*, Conſtantienſium pariter MSCtorum triſte exilium experiri debuit, quando cum cæteris Romam migrarunt, atque ita relicta dulci patria remotam ac peregrinam ſedem Italicam invenerunt. Quæ illam tamen ex patria gloriam retinuerunt, ut *Palatina* hunc usque in diem appellentur. Quæ *Palatina MSCta Actorum Concilii Conſt.* manibus Cl. *Schelſtrateni* Romæ diligenter ſunt verſata, ac ab *Illuſtriſſimo Gilberto Burnetto, Sarisberienſi hodie* apud Anglos *Epiſcopo*, olim Romæ luſtrata.

Cl. *Joh. Chriſtophorus Rumetſchius*, Gymnaſii Spirenſis ante tragicum urbis incendium Rector, haud vane conjicit in *Schediasmate MSCto de Concilio Conſtantienſi, & Spirenſes* præclara poſſediſſe Conſtantienſia MSCta, ſive flammæ ſive rapinæ injuriâ nunc ſubducta. *Niſi priſca*, inquit, *Nemetum illa Metropolis Spira nunc ſub cineribus ſuis ſepulta jaceret, forſitan nobis quædam ſuppeditare potuiſſet. Eodem fere tempore, quo Conſtantienſe Concilium celebratum, non exigui momenti controverſia inter Clerum & Senatum Populumque Spirenſem exorta, tandem ab Imperatore Sigismundo & Concilii Patribus non tamen absque civium damno compoſita fuit. Quæ transactio poſtea ſemper, poſt quindecim annorum intervallum, in Baſilica Cathedrali, præſentibus Senatu & Clero publice prælegebatur, & iterato juramento confirmabatur. Quod A.* 1680. *ultimo, & nunquam forſitan repetendo Actu contigiſſe memini. Miſit utraque litigantium pars ſuos Conſtantiam legatos. Qui dubio procul ibidem notatu digniora calamo conſignarunt, quæ tam in Scriniis Magiſtratus, quam Eccleſiæ Cathedralis Bibliotheca diligenter aſſervavit poſteritas.*

Incidit etiam, proh dolor, jam jam, dum hæc ſcribuntur, nova ingentis ex ſimili fato doloris materia. Auguſtâ quippe Vindelicorum ac Lipſiâ perſcribitur, *Cœnobium* nobile *Salemitanum* (Salmansweiler) magno MSCtorum apparatu hactenus celeberrimum, & nobiliſſimis quidem MSCtis Conſtantienſibus magnificum & ſuperbum, ab Illuſtri *Pregizero* noviſſime, ut ſupra indicavimus, viſum ac commendatum, ſuperiori menſe *d.* 25. *Aprilis*, eheu! inſpectante ſole, cum omni MSCtorum, Conſtantienſium quoque magno theſauro, in cineres abiiſſe. O utinam irrecuperabilem MSCtorum theſaurum ex incendio ſervaſſent; Reliqvum auri gemmarumq; cumulum lapidumque ſtruem Monaſterio facile reddiderint magnatum gratia & longæ ætatis benignitas.

CAP. XI.

De MSCtis Codicibus Anglicanis, ad Const. Concilii res spectantibus.

MAGNA BRITANNIA, dulcissimis affectionibus Germaniæ cognata, quæ plures Archi-Episcopos ac Episcopos, Duces atque Magnates, ad Constantiense Concilium Regis ac Regni olim nomine ablegavit, multosque ex illo Concilio reliquos thesauros literarios hactenus curate asservavit, eam *Serenissimo Duci Nostro* gratiam fecit, ut, quibus gauderet *MSCtis* non solùm denunciaret, sed & *rarissima nonnulla monumenta* per eruditos viros describi ac submitti curaret. Quemadmodum *Reverendissimi ArchiEpiscopi Cantuariensis, Primatis Regni eminentissimi*, gratioso nutu, *Illustrissimus Episcopus Sarisberiensis Gilbertus Burnet*, magnus *Regni Prælatus*, effecit, ut Clarissimorum Academiæ Cantabrigiensis Antistitum, D. D. *Roderici & D. Laugthoni*, curâ atque operâ, desideratissimum *Richardi Ullerstoni*, Theologi Angli, antiqvum monumentum, cum aliis egregiis excerptis, benignissime nobis committeretur. Quæ munera Britannica in præfatione *Partis XXIV.* designavimus, ac Parte *XXV. & XXVII.* in lucem produximus & posteritati commendavimus.

Bibliothecam Illustris *Roberti Cottoni, Equitis Aurati & Baronetti* Angli, similibus *Constantiensium MSCtorum* aureolis superbire, novissime nos docuit *Celeberrimus Thomas Smithus, Theologus Anglus, in diffuso Catalogo librorum MSCtorum Bibliothecæ Cottonianæ*, Oxonii superiori anno edito. Quorum utinam copiam nobis fieri optare vel sperare liceret.

CAP. XII.

De Distributione diffusarum rerum Concilii Constantiensis, in his Voluminibus.

CEterum tot tantisq; *MSctorum Constantiensium* opibus felicissimo fato nutuque divino stipatus atque cinctus SERENISSIMUS DUX NOSTER RUDOLPHUS AUGUSTUS, herus meus Clementissimus, in monumentorum illorum constructione, publicaq; recensione, eum servari *ordinem* voluit, qui præcipuis rerum Concilii negotiis aptus, lectorum oculis gratus, posteritatisq; usibus esset accommodatus. Quoniam enim *per plura Volumina* Historicum hoc opus sese diffusurum ex MSCtorum apparatu locupletissimo constabat, res ita dispertiendæ atque distinguendæ sunt visæ, ut suis quæque locis commode recondi & facile inveniri possent. Indeque consultum fore creditum, si *pro præcipuis Concilii argumentis*, distincte de singulis ageretur. Ita quidem ut seorsim recenserentur illa, *quæ in Concilio per quinque Nationes*, in quas Christianus

ſtianus orbis tunc in Concilio diſtributus, vel per certa Collegia, clarosve Viros, Prælatos & Doctores, *geſta, ſcripta atque edita*, utpote quorum negotia *publicis decretis præluſere*: Et ſeparatim ſiſterentur iſta, quæ *in publicis Conciliaribus ſeſſionibus tractata aut decreta.*

Cum igitur *tria* eſſent *præcipua Concilii negotia, ut Univerſalis Eccleſia reformaretur*, ſive Eccleſiaſtica diſciplina emendaretur, Schisma aut *lites trium Paparum contendentium extingverentur, nec non controverſiæ ſacræ magno molimine à variis motæ componerentur: Singulis* his *rebus* ſua danda fuerunt *Volumina*, quibus illa primùm exhiberentur *monumenta*, quæ *extra Seſſiones Conciliares* in Concilio à Nationibus *collegialiter*, aut aliis *Viris Illuſtribus*, illo tempore *ſeparatim* eſſent his de rebus edita.

Ita *Primus* hic *Tomus Reformationi Eccleſiaſticæ diſciplinæ, in Conſtantienſi Concilio* à Cæſare Sigismundo, cunctisq; Principibus & Magnatibus impenſe *quæſitæ* ac magno ſtudio ventilatæ tributus.

Tomus II. Monumenta exhibebit antiqua eaqve perrara illius ætatis, quæ agant de Schismate aut *diſſidio trium Paparum* illo tempore contendentium, Sigismundi Cæſaris infracto labore & ineffabili ſollicitudine, Conſtantienſis Concilii adjumento, ſolenniſſime *compoſito.*

Tomus III. Permulta ſiſtet hactenus pene deperdita illius temporis opuſcula, quæ tertium Conſtantienſis Concilii negotium diſtincte olim pertractarunt, controverſias *Theologico-Politicas Johannis Parvi & Johannis Falckenbergii, Johannis Huſſi & Hieronymi Pragenſis, Brigitticas, Flagellantium*, ſimilesqve.

Tomus IV. Acta ac Decreta Concilii, *in publicis* congregationibus ac ſolenniſſimis *Seſſionibus* propalata, enarrabit, alia plane forma atque hactenus luci ſunt expoſita. Qvippe quod & horum Codicum MSctorum, æque ac ſuperiorum, magnus jam adſit cumulus.

Tomus V. Apportabit Scriptores illius tempeſtatis, qui ingentem & admirabilem *apparatum* externum, gubernationem, pompamve *Concilii* enarraverint.

Tomus VI. Subjunget ſummorum illius ætatis virorum judicia de Conſtantienſi Concilio, ejusqve dignitate, rebus ac fatis, peculiaribus ſcriptis comprehenſa, ex MSctorum ruderibus eruta.

CAP. XIII.

Plenius Argumentum *Tomi* hujus I.

De Eccleſiaſticæ Diſciplinæ reformatione, in Conſtantienſi Concilio quæſita.

CEterum, ut Lector antiqui fati cognoſcendi cupidus, uno intuitu *argumentum hujus Tomi I.* permultis antiqviſſimis monumentis ſtipati, cognoſcat, tantæ molis rem leviter hic attingemus.

Ex morbo medicinam metiri fas eſt. Morbi proinde epidemici virus, quod totum Eccleſiæ corpus *proxime ante Conſtantienſis Con-*

cilii tempora penitus infecerat ac proſtraverat, amaram penetrantemq; *Conſtantienſis Concilii medicinam opemqve* reqvirebat. Ut *collapſa prorſus Eccleſiaſtici ordinis diſciplina reſtauraretur, moresque corrupti ac depravati* in clero emendarentur.

Huc Imperatoris Sigismundi Regumqve ac Principum Chriſtianorum omnium vota, ſuſpiria, conſilia collimabant. Hanc emendationem ordinis ſacri *Conſtantiæ* moliebantur, quibus bonus adhuc ſtabat circum præcordia ſanguis.

Ceterum ulcera illa fœdasq; corporis religioſi maculas, qvibus *illa ætas* territa atqve excruciata, non opus fuit noſtra tractare manu. Neque *decor noſtræ ætatis* colorqve ſalubrior veteres ſordes admiſerit.

Satis abundeq; morborum illorum virulentiam olim demonſtrarunt ac detexerunt *illius ætatis medici* ſacri, experti. Neqve fides major habebitur quam *oculatis teſtibus*, qui ex morborum intuitu horrorem ſibi incuſſum ſenſerunt, lacrymisqve calidis ac amaris ſacrum illud aſt ægrum religioſi ordinis corpus præſentes irrigarunt, & divinam opem infinitis ſuſpiriis deſiderarunt, quin & pro ſuæ artis bonitate manus medicas ſollicitè atqve cautè adhibuerunt.

Qvod autem à capite ad calcem infectum deprehenderetur *corpus Eccleſiaſticum*, omni diſciplinæ decore remoto, luridâ facie, moribusq; & motionibus membrorum pulcris atqve vegetis abſentibus: Hæc illis ſacris morbis Medici peritiſſimi terribilia dederunt nomina:

Execrabilis Simonia, aut irreligioſa ſacrarum functionum venundatio,
Inſatiabilis arrogantia,
Inexplebilis avaritia,
Immoderatus luxus & faſtus,
Craſſa ruditas & ruſtica ignorantia,
Ineptiſſimorum promotio,
Supinus ſacrorum neglectus, Turpisq; officiorum contemptus.

Ex qvibus fontibus infinita propullularunt ac Eccleſiam inundarunt damna, quæ & *civilem rem* omnem, cum juribus ſupremorum Magiſtratuum ac Regum, convellerent, diſſiparent ac peſſundarent.

Publicam hanc illius ævi in templo Dei calamitatem, *ex optimarum literarum ignorantia, voluptatum verò ſtudio* profectam, demonſtrarunt ſed & deplorarunt, Viri cordati, eruditi, probi, & publicæ ſalutis amantes, fata illa triſtia intuiti.

Neque *Conſtantienſis Concilii hiſtoria* plene cognoſci aut *ejus fata* dijudicari recte poſſunt, niſi *prævia* hæc conſtet *occaſio, & quibus malis remedia in Concilio* ſint *quæſita*. Sicuti nullum decretum intelligi rite ab eo poteſt, qui caſum reiq; ancipitis aut controverſæ circumſtantias haud penetraverit. Qvippe quod hiſtoria rei geſtæ luculentus ſit commentarius in judicis de facto ſententiam.

Qvapropter, ex arbitrio ac mandato SERENISSIMI BRUNSVICENSIUM DUCIS RUDOLPHI AUGUSTI, adſciſcendi hi ex illa tempeſtate *Scriptores illuſtriores* fuerunt, qui *præeuntem Conſtantienſi Concilio ægerrimam Eccleſiæ fortunam* coram intuiti erant & acerbe deplorarant.

Qvibus

Qvibus ex illo ævo jungendi fuerunt, qui *disciplinæ sacræ ac morum clericalium dignam emendationem* vel in *exordio* Constantiensis Concilii, vel in ejus *progressu*, *svaserant*, *suggesserant*, *delineaverant*, *ac commendaverant*.

Successerunt *Collegii Reformatorii*, in Concilio solennissime constituti, *consultationes atque constitutiones*.

Exceperunt hæc *publica Oratorum & Magnatum calcaria*, addita Concilio, *ad prosequendam*, maturandam ac perficiendam illam constitutam *cleri reformationem*.

Donec labentis ad finem Concilii ultima vel rupta sub novo Pontifice Martino V. *Reformatoria fata* ordine commemorarentur. Qvæ omnia ex dilucidiore *Partium recensione* inferius clare elucescent.

Totum proinde arduum quoad hanc Ecclesiasticam regiminis & morum emendationem Concilii negotium, corruptioni tollendæ consecratum, in hos ingentes rediit cumulos.

Curiam præcipue Romanam, in dissidiis præsertim Pontificalibus illa tempestate vehementer maculatam, ad antiquæ Apostolicæ modestiæ normam ac virtutem esse exigendam ac reducendam.

Varios abusus denominatos, in illo regimine & inter Curiales obvios, esse tollendos.

Ordinariis Ecclesiarum Patronis ac Collatoribus jus eligendi à Papa non subtrahendum, sed asserendum atque conservandum.

Beneficia aut officia sacra, majora, minora, decenter ac digne distribuenda, merito virtutum spectato, non auri ponderatâ mole.

Doctos, probos, peritos, prudentesq; Viros, officiis sacris præficiendos, eosqve omnibus aliis præferendos, altius evehendos, aut ulterius promovendos.

Bonarum literarum ignaros, voluptatibus deditos, otiosos, negligentes, in sacris officiis non esse tolerandos.

Concubinarios, aliosqve irreligiosos, ac intemperantes, à religionis præfectura arcendos.

Castos, temperantes, honestos substituendos.

Ecclesiasticas opes non temere dissipandas ac distrahendas.

Varios proinde modos, illis seculis admissos, Ecclesiæ reditus extra Ecclesiam ac regionem ad Pontificem ablegandi, e.g. per Reservationes, annatas, dispensationes, exemptiones, indulgentias, &c. vel abolendos vel restringendos.

Academias bene esse constituendas.

Honores Academicos parcius esse distribuendos.

Doctores Bullatos non multiplicandos.

Theologiæ Lectores in majoribus Ecclesiis constituendos.

Bibliothecas Ecclesiarum rite instruendas.

Visitationes Ecclesiarum freqventandas.

Synodos Provinciales pro emendatione repetendas.

Visitatores Ecclesiis non debere esse onerosos.

Ecclesiasticos præsules à tyrannide in subditos sibi oportere temperare.

Religiosos à civilibus causis tractandis arcendos.

Monachos & moniales intra metas coercendos.

Totumqve Monachorum nimia vel numerositate vel licentia exorbitantem statum refrenandum.

Qvæ omnia emendationis Ecclesiasticæ momenta, infinitis specialibus argumentis distincta, quanto studio in Constantiensi Concilio sint tractata, qva sollicitudine discussa, quo successu definita, vel dilata, vel interrupta, *singulæ Operis partes* ad oculum demonstrabunt, servato temporis, rerum ac fatorum, ad Concilii usque finem sese diffundentium, ordine.

CAP. XIV.

De ordine ac nexu monumentorum Tomo hoc I. editorum.

QVod igitur nunc porro ad *ordinem seriemve monumentorum* hujus *Tomi I.* attinet, omnem sane, quantum in nobis, impendere industriam, ut jussi eramus, haud intermisimus, qui & *temporis & rerum gestarum nexum* in illis recensendis sedulo observaremus.

Proinde in fronte hujus eruditi exercitus ponere animus quidem erat *Equitem Auratum, Johannem à Wallenrod, Germanum,* Virum doctissimum, & variis per orbem ipsumq; Orientem itineribus doctrinæ gratia exercitatum, in Constantiensi Concilio præsentem, ex perillustri & antiqua Franconica Equestri Nobilitate Wallenrodiani generis natum, cujus agnati in Electorali Borussia hodie eminent, virtutis ac gloriæ Wallenrodianæ hæredes illustrissimi. Scripserat hic *Johannes à Wallenrod exactam Concilii Constantiensis Historiam*, doctissimorum virorum judicio æternâ memoriâ dignam.

Nec adeo dubium, quin ansam magnorum illorum motuum & prægrandis Concilii, ipsamq; præeuntem Ecclesiastici ordinis confusionem, sicque remedia in Concilio adhibita, ordine ac plene enarraverit. Quo fine nobilissimum hoc monumentum, tanquam totius longissimi ambitus rerum in Concilio gestarum compendium, in fronte Operis ponere constitueramus. Neque in nobis quicquam desiderari passi sumus, quod ad investigandum hoc *MSctum Wallenrodianum* faceret, illustres *Germaniæ Bibliothecas*, ipsosq; Illustrissimos *Wallenrodiani nominis hæredes* consulendo, quemadmodum ex *Præfationibus Partis I. & II.* constat. Verùm, magno historiæ damno, nulla ejus vestigia deprehendimus reliqua in Germaniæ Bibliothecis præcipuis, ut ex illis prorsus exulare videatur. Nisi forte sub pulvere alicubi delitescat in antiquorum MSctorum indistincta farragine.

Quæ postrema quoque nos aluerat spes, ex Wallenrodianis Instructissimis Bibliothecis, *Borussiæ* ornamentis, hoc præclarissimum hæreditatis cimelium impetrandi: Hæc spes ultima inter frequentia

suspiria

ſuſpiria & continuos noſtros gemitus tandem etiam expiravit, quando, vah! triſtisſimo fato, in cineres cum pretioſisſima *Bibliotheca Wallenrodiana* hoc ſeculo abiit. Quod inter lacrymas nunciavimus in *Præfatione Partis II.*

Quare deſideratisſimi *Wallenrodii* locum, illo abſente, jure occupavit illius coætaneus, itidem *Germanus*, isque *VVeſtphalus*, THEODERICUS VRIE, *Theologus Auguſtinianus.*

Et hunc quidem dudum periiſſe jam pridem doluerant Viri eruditi, *Spondanus*, aliiq; ut nulla & hujus recuperandi ſpes ſupereſſe videretur, qui jam reſuſcitatus, orbi redditus, ſuæque patriæ per nos vindicatus, ſua gaudet luce, haud poſtremum eruditæ Germaniæ decus.

Quando enim prorſus evanuiſſe creditus Clariſsimus Noſter *Vrie*, denſisſima caligine preſſus longo tempore ſub umbra delituit. Cujus ne *nomen* quidem integrum hodie fuerat reliqvum. Quippe dum vel *Vric*, vel *Uric*, vel cum Flacio & Wolfio *Vriæ*, vel plane *Vrias* aliis audiit. Imo de cujus vitæ genere aut *profeſsione* vix certi quid amplius conſtabat. Quem *Auguſtinianum* dixerunt aliqui. *VVolfius*, *Memorab. T.* 1. *f.* 745. Flacii veſtigia incautius obſervans, *Auguſtinianum Minoritam*, *Epiſcopum Croatiæ*, mira compoſitione appellavit. Cujus quoque nec tellus nec cœlum, ſub quo degiſſet, nunc pervideri ſatis poterat: Qui ab Italis & Hiſpanis Scriptoribus, aliisq; ſequacibus, ut in ejus Vita, Parte I. *f.* 222. obſervavimus, pro *Hiſpano* fuit venditatus. Ut nulla illius veſtigia Germanico ſolo viderentur reliqua.

Aſt feliciſſimo fato non ſolùm *in Germania* eundem *reſuſcitavimus*, ſed & genuinum nominis characterem, imo ſpiritum ac *ſangvinem Germanum* illi reſtituimus. Siquidem ex remoto orbe Hiſpanico tanquam ab exilio in patriam eum revocavimus, ac *Germaniæ noſtræ* priſtinæq; ſuæ libertati jam tandem vindicavimus. *Germanis*, iisq; *Weſtphalis*, non *Hiſpanis*, eum aſſerendum *augurati* primùm fuimus, cum in illo reſuſcitando occuparemur: Partim ex cœlo Saxonico, ſub quo viviſſet, partim ex nomine *Vrie*, quod *Germanis* ipſisq; *antiquis Saxonibus*, *Weſtphalis*, adhuc inter Virorum nomina familiare. Qvod autem Itali eum *Hiſpanis* accenſuerint, aliquâ nominis analogia ſeducti videntur, ut in Vita ejus notavimus: Maxime quod inter *Cardinales*, *tempore Conſtantienſis Concilii* florentes, extiterint *Hiſpani*, quibus nomen *Frias & Firies*, teſte Onuphrio Panvinio.

Sed & fortunatum fuiſſe illud noſtrum *de Germano* eoq; *VVeſtphalo* augurium, pertinacius ſcrutamen nos tandem ex voto edocuit, & cum voluptate confirmavit. Tantoq; impenſius hoc fuit gaudium, quanto luculentius proditum, in antiqua & armis ac literis inclyta *Osnabrugo*, *VVeſtphaliæ ocello*, cariſſima mea patria, lumen hoc clariſſimum fulſiſſe. Theologus fuit ordinis D. Auguſtini, eruditione, probitate & variis ſcriptis celebris, qui degit in Osnabrugenſi Auguſtianorũ Monaſterio, viris eruditis multis ſeculis inclyto, ſito olim prope *Veterem portam*, quæ Osnabrugæ primæ veterisq; limites adhuc hodie deſignat, ac palæopolin à Nova Osnabrugo diſtinguit. Cujus ſplendidi

olim

olim Monasterii, bello tricennali dissipati, rudera, cum amplissimo templo adhuc reliquo, quod puer olim sæpe sum ingressus spectatum, in hunc diem veterem testantur sedem ac doctrinæ gloriam.

Nostræ hujus serenæ fortunæ, ac justi de resuscitato patriæq; *Germaniæ* ipsiq́ve *Osnabrugo* vindicato Theologo gaudii autores atque testes dabimus in eadem urbe *Osnabrugo* cum laude versatos Viros clarissimos, Theologos ordinis Augustini ac Dominici, *VVennekerum, Schiphoverum* ac *Ungarum.*

Priores illi, *Johannes VVenneker*, Theologiæ Doctor, Suffraganeus, & *Johannes Schiphower*, itidem Theologus, uterq; *de Meppis* dictus, quod uterque *Meppensis VVestphalus* esset, ordinis Eremitarum divi Augustini, *in eodem Monasterio Osnabrugensi*, eodem, quo *Vrie*, claruere seculo, ob eamq́ve & loci & temporis & fortunæ affinitatem *Collegæ* aut *succcessores Theodorici Vrie*, oculati fatorum ejus testes, jure dicendi. Uterque viros claros suæ ætatis, sui ordinis, suiq́ve monasterii, commemoravit, ac posterorum memoriæ commendavit. Ex *Johannis VVennekeri* scripto *de Venerabili Sacramento* notitiam nostri *Vrie* absque dubio hausit hoc seculo *P. Ungarus*, uti paulo post constabit, cujus MSCta possedit. Neque enim ex *Johanne Schiphowero*, cujus scripta novisse, non vidisse apparet *Ungarus*, quæ sollicite quæsivit, *Vrie* illi innotuit.

Wennekeri coætaneus *Schiphowerus*, qui A. 1480. Augustinianorum Monasterium Osnabrugi ingressus, à Wennekero Theologo benigne exceptus, & multis beneficiis affectus, quo nomine egregie illum collaudat, scripsit *Osnabrugi* in laudato Monasterio *Chronicon Comitum Oldenburgensium*, qvod absolvit circa Annum 1505. Qvod præclarum *Schiphoweri VVestphali Chronicon, Osnabrugi scriptum*, illustris *Meibomius*, ex Avo *VVestphalus*, Academiæ Nostræ & orbis literati lumen, felici fortuna conservavit, idque è tenebris erutum *Tomo II. Rerum Germanicarum* inseruit. *Schiphowerus* hicce, oculatus rerum sui Monasterii testis, in laudato *Chronico cap. IX. f.* 472. *ad annum* 1446. hæc de antecessoribus suis, Nostroq; *Vrie*, memoriæ prodidit: *Circa idem tempus vixerunt* in Conventu Osnabrugensi *ordinis Eremitarum Divi Patris* Augustini *duo luminaria mundi. Primus fuit Venerabilis Lector* Johannes de Widenbrugge, *Vir sincerus & doctus. Qvis eo clarius librum Ecclesiasten explanarit penitus ignoro. Qvem librum* Vaniloqvum *intitulavit, & in duas partes divisit.* Sermones *multos* ad clerum & ad populum *dereliquit. Secundus fuit* doctissimus Lector, DIDERICUS VRIGE. *Qvi fuit* Vir magnæ scientiæ & sanctitatis. *Et in scripturis reliquit Librum* De consolatione Ecclesiæ, *qui incipit*, Regi Regum citra exemplum *Qvem librum* Imperatori Sigismundo *post Concilium Constantiense propinavit, in die SS. Philippi & Jacobi, sicut ipse fatetur in Postillis suis, in Sermone, qui incipit: Simile est regnum cœlorum homini, qui seminat bonum semen:* Cosmologion *sive* librum Apum: *Tractatum* de Conceptione immaculatæ Virginis: Sermones multos de festivitatibus virginis gloriosæ; Sermones æstivales

Qua est Historia Concilii Const. à nobis edita.

les & hiemales ſuper Evangelia. *Scripſit* ſuper Decem Præcepta: *Item* de Intenſione & remisſione formarum *contra Marſilium de Padua:* Logicam magnam & parvam: Qvadrageſimale egregium, *quod habetur Coloniæ noſtra in libraria: Et multa alia, quæ ego videre non merui.*

Dici non poteſt, quam nos animaverit *Schiphowerus*, ad ulteriorem de rebus ac ſcriptis *Vrianis* cognitionem acquirendam. Qvapropter eruditos in patria Viros conſului: Ex qvorum corona Vir Conſultisſimus *Johannes Vieregge*, *JCtus*, ac *Patriæ Conſul* meritisſimus, *Hiſtoricus* excellens, ac *patriæ* inprimis *Hiſtoriæ* ſcrutator felicisſimus, magno eruditorum dolore mortis injuriâ novisſime A. 1690. menſe Decemb. orbi eſt ereptus. Subvenit tandem ex voto *præclara eruditione ac ſingulari morum decore perornatus juvenis Johannes Henricus Tenge*, civis ac amicus meus carisſimus, qui à Viro venerabili & doctisſimo, Eccleſiæ S. Johannis apud Osnabrugenſes Canonico, in Hiſtoria Patria verſatisſimo, nactus *MSctum de Epiſcopis & Viris Illuſtribus Osnabrugenſibus.*

Ex quo MSCto cognoſcimus, quam de hoc quoque Noſtro cive *Theodorico Vrie*, ſollicitus haud ita pridem fuerit juſſu *Franciſci VVilhelmi* Osnabrugenſium Epiſcopi *P. Ungarus*, Ordinis Prædicatorum Theologus. *Epiſtola* illius ea de re ad Virum in patria illuſtrem data, luculentum nobis porro dabit teſtimonium.

Admodum Reverende & Doctisſime Domine, Amice Colende.

Coloniâ revertens, quo privati negotii cauſa eram profectus, inveni Reverentiæ Veſtræ literas redditas. Ex iſtis cognovi, quod Clementisſimus Princeps & Dominus Noſter (FRANCISCUS WILHELMUS) circa Viros illuſtres *commonere me mandaſſet. Miſſurus itaque, quæ notata à me ſunt, & ad* Illuſtrisſimi intentionem facere *fortasſis poſſunt: Ordiar à* Gvardiano, *de quo fuerat oretenus à me relatum. Fuit is* Bonaventura Dernopæ, patria Leodenſis, *ordinis S. Franciſci ſtrictioris obſervantiæ. Qui tum alibi* in Weſtphalia Noſtra, *tum* Osnabrugi *Anno* 1632. *Conventui ſui Ordinis* Gvardianus *præfuit: Vir non opinione minus ſanctitatis, quàm libris editis clarus. Id quod plenius ex paginis, quas adjunxi, quæ* vitæ Autoris curriculum *exprimant, cognoſcere licebit. Circa* Auguſtinianos *non admodum multa videri poſſint quæ ſubjiciam, non tamen ut opinor omittenda.* Johannes de Meppis, Doctor Theologus, *& ex* Priore *ſui Conventus* Suffraganeus, *condictus fuit* Wenneker. *Scripſit inter alia* de Venerabili Sacramento: De Ideis: Item de oblationibus. *Quæ apud me MSC. Obiit A.* 1496. *Fer.* 3. *poſt Martini, in Civitate Monaſterienſi: Sepultus in porticu Summæ ædis. Ex libro ejus* de Venerabili Sacramento, *diſcere eſt, quod* Godeſchalcus Holen, *famoſus verbi divini præco, ex pago* Corbeke, *Diœceſis* Colonienſis, *oriundus fuerit:* Joh. Klenkock, *Theologiæ Magiſter & Lector* Osnabrugenſis Conventus, *præter Hiſto-*

riam de concivibus, *etiam* super libros Sententiarum *scripserit: Item quod* Johannes de Dorsten, *Doctor Theologus hujus Conventus*, Patriâ *fuerit* Hervordiensis, *ibidemque devixerit in Cœnobio suo, post vitam innocentissime transactam, uti multus est in ejus laudibus idem* de Meppis, *tractatu prædicto. De* Johanne de Lippia *nihil mihi innotuit hactenus, præter id, quod* de Johanne ab Alen Lippiensi *apud* Elsium in Encomiastico (*Qvem librum cum præstantissimis pluribus aliis hoc itinere Colonia contuli.*) ex Ægidio Gelenio *nostro, heu quondam, allegatum legitur. Constat autem ex citato tractatu* Johannis de Meppis, *fuisse* in Conventu Osnabrugensi, *qui ætate ista viris doctis fuit florentissimus, Theologiæ Lectorem* Eberhardum de Lippia, *dictum* Bobbe. *Qvi an prior ille* ab Alen, *an, & quid scriptum reliquerit, investigari deinceps poterit, si otium suppetet.* THEODORICUS FRIG, *seu* Frie *vernacule, id est* Liber (*Fuit &* Antonius *quidam* Liber Susatensis Westphalus, *doctis aliquando accensendus*) Lector *itidem* Theologus Augustinianus hujus Cænobii *non incelebris fuit. Cujus ingenii quædam monumenta videre me memini inter reliquias* Bibliothecæ Summi Templi, *uti antehac* Illustrissimo (Episcopo Osnabrugensi Francisco Wilhelmo) *retuli. Nuper curiosius de eo inquisiturus, intellexi, hoc, quod antea videram, Librarium antiqvum, vasis certis clausum fuisse, cum locum priorem classi cuidam Scholasticæ deputarent. Pro commoditate tamen Dominorum Prælatorum spes est novam lustrationem faciendam, & referendum in Catalogos quod superest. Qua in re optem equidem meam requiri operam. Certus enim sum, nonnulla ibidem eruenda, quæ* vitas & res gestas Osnabrugensium *in majorem lucem asserant. Nisi enim fallor, dabitur aliquid reperiri de* Johanne de Meppis Schiphauero, *qui* Chronicon Comitum Oldenburgensium *conscripsit, Professor suo ævo, ut mea conjectura est, Scholæ Carolinæ, & Sacerdos in Summa Æde. Atque hæc sunt, Domine & Amice, quæ se offerunt in præsentiarum. Reverentia Vestra hinc quæso seligat & describat, quæ Illustrissimo placere arbitrabitur. Ita ambo Virorum illorum laudibus congerendis opella aliquid contulerimus. Illustrissimo autem Nostro, ob præclarissimum hoc & plane dignum tali Principe institutum, qui* Diœcesanos suos, vita scriptisqve illustres, *ad memoriam temporis sempiternam propagare satagit, cumulate gratiam & gloriam eamque immortalem referet posteritas. Qvod, & ut vitæ ei spatium duplicetur, Reverentia Vestra, & omnes, mecum, scio, fovent boni doctique, Quorum ego sum, ut &*

Reverentiæ Vestræ

Studiosissimus Cultor

Widenbrugi, 30. *Decemb.*
A. 1658.

Servatus itaque ac luci & libertati Germanicæ jam redditus, Noster *Theodoricus Vrie*, *C. Liber*, tempore Constantiensis Concilii *Historiam*

ſtoriam illius Concilii omnium ponderoſiſſimi pulchre exaravit, teſtis oculatus, ita quidem, ut pro ſua eruditione ac prudentia, tum genuinam *occaſionem*, turbulentiſſimum Eccleſiæ ſtatum, tum *fata* Concilii illuſtria, *ſucceſſum* denique & *eventum*, deſignaret. Qvod opus ſub finem Concilii poſt electum Pontificem novum Martinum V. abſolvit, ac Sigismundo Imperatori conſecravit. Qvia medelam, malis in Concilio vel paratam vel quæſitam, clare deſcripſerat, opus *de Conſolatione Eccleſiæ* appellavit. Qvo libro haud inelegans præcipuorum Concilii fatorum *Compendium* ſtitit. Qvapropter non immerito *Hiſtoriæ Concilii Conſtantienſis* characterem dedimus, ac inſtar ſummæ aut *argumenti totius hiſtoriæ* in principio ac fronte univerſi operis Parte I. collocavimus. *Vitam Noſtri Liberi, Germani*, uti, nemine præeunte, conſequi tunc contigit, adornavimus ac calci operis adjecimus, ex ſuperioribus à nobis hic recenſitis perficiendam, & uberius aliquando, ſi volet Deus, illuſtrandam. Siquidem *præcipuus in librum Commentarius* eſt *vita Autoris*, dilucide & absque fuco concinnata.

Hoc pacto præmiſſo generali Operis totius argumento, ac concinnâ rerum in Concilio geſtarum Ideâ ſtylo Vriano exhibitâ, proſecuti ſumus ulterius *primum Concilii argumentum De Eccleſiæ emendatione.* Quare *Nicolaum de Clemangiis, Gallum*, virum genio calamoq; elegantiſſimum, de ſui illius temporis publica in ſacris calamitate conquerentem, & ad Concilii opem adſpirantem, ut & Conſtantienſis Concilii negotia conſiliis ſuis adjuvantem, *Parte II. & III. ex MSctis* advocavimus. *Vitam Clemangii* attexuimus, non ſolùm ut elegantiori hujus ſeculi genio inſerviremus, ſed & ex autoris indole ac fatis lucem his ejus ſcriptis affunderemus.

Qvemadmodum autem & *Vrie & Clemangius* de infanda *Simonia*, ſacrarumque functionum mercatura, in Concilio cum aliis vitiis extirpanda egerant: Ita his ſeſe merito junxit *Parte IV. Johannes Gerſon*, qui pro excellenti ſuo judicio peculiari ſcripto *Simoniæ* dicam ſcripſit, ac *in Conſtantienſi Concilio eradicandam* eſſe optavit & ſvaſit. Vitam Gerſonis fuſius illuſtratam, ne quid deeſſet, ſubjunximus.

Poſthæc iſtos illius ævi ſcriptores adveximus, *MSctorum antiquiſſimorum* ope, qui *pleniorem Reformationis in Conſtantienſi Concilio ſuſcipiendæ formam*, proxime ante ejus exordium ſuppeditarunt. In quibus merito excellit laudatus *Gerſon.* Cujus arduum opus *de modis Reformandi Eccleſiam in Concilio univerſali*, Petro de Alliaco Epiſcopo Cameracenſi inſcriptum, *Parte V.* recenſuimus. Quod opus tanto gravius atque nobilius, quanto exactius expreſſit *regulam Reformationis Eccleſiaſticæ, in imminente Concilio Conſtantienſi* ſervatam, ac ab Imperatoribus, Sigiſmundo, ac ſucceſſoribus probatam. Qua de cauſa, lucem aliquam Gerſoniano operi affuſuri, Commentatiunculâ ſubjuncta fata conſilii Gerſoniani per illud ſeculum candide deduximus.

Qvod *Gerſon* hanc molem verſaret, vel adjuvante vel obſervante ac annuente *Petro de Alliaco*, Epiſcopo Cameracenſi, Gerſonis Can-

cellarii latus merito clausit *Alliacenus*, *Episcopus*: Qui magnâ animi ac desiderii propinqvitate fuerunt conjuncti. Qui *Gersonis de Modo in Universali Concilio reformandi consilium* non improbavit, quin adstruxit, ast scrupulos, qui ipsum urerent, monstravit. Unde est *Parte VI. De difficultate Reformationis in Concilio Universali*, monumentum Alliacenum.

Successit summo jure *Theodericus de Niem*, *VVestphalus*, emendationis Ecclesiasticæ cupidissimus, in Curia Romana longo annorum circulo illo tempore versatus. Hic pro sua experientia, sed & eruditione ac pietate, præclarum opus edidit sub exordium Constantiensis Concilii, de ingenti *Necessitate Reformationis Ecclesiasticæ in Capite & in membris*. Quod memorabile opus *Parte VII.* recensuimus; ast, pro conjectura tunc nostra, superiori *Alliaco* Gallo tribuimus. Verùm postea deprehendimus, Germani Autoris esse, laudati *Theoderici de Niem*. Ut huic merito reddatur à nobis ipsis, quod in antiquis his rebus omni inscriptione destitutis, lubricâ conjecturâ peregrino tantisper adscripseramus. Tantoqve lubentius suo hic reddimus genuino ac Germano Autori, quanto clarius constat, nostri Germanici esse sangvinis. Observavimus hæc ipsi jam pridem, in ipsius hujus operis cursu, *f.* 484. *&* 485. Quæ emendatio nec nobis vitio verti, nec Niemio fraudi esse poterit. Quoniam sic nostro exemplo demonstramus, qvando de Universali Reformatione Const. agimus, & in obscuris monumentorum antiquorum latebris innumera perpurganda reformanda ac restituenda invenimus, nonnulla, non æqve statim exculta ac exposita, non quidem prætermissa, sed dilata. In alia, si volet Deus, editione facili hæc restituemus negotio.

Præliminaris hicce in Concilio suscipiendæ Reformationis *apparatus*. Accessimus hinc propius ad ipsius Concilii operationem. In quo inchoato, *Petrus de Alliaco*, Cardinalis jam factus, *novam* publice exhibuit *Reformationis Ecclesiasticæ ideam* aut memorabiles Canones. Hoc Constantiense Opus dedimus, una cum Oratione ejusdem argumenti, *Parte VIII. Vitamque hujus Cardinalis* Operi adjecimus, tum pro seculi nostri sollicitudine, tum pro clariore scriptorum ejus luce.

Ejusdem argumenti, nec minoris ponderis, alterum monumentum, *Parte IX.* exhibitum, quod, omni nominis insigni in MSCto destitutum, duce conjecturâ, fundamento ut hactenus putamus nixâ, *Francisco de Zabarellis* Cardinali adscripsimus.

Hi magni viri, tum ante Concilium tum in Concilio, limites præscripserunt ac modos definiverunt *Reformationis Ecclesiasticæ* in Constantiensi Concilio instituendæ atque præstandæ. Quibus tantum effectum, ut *Reformatorum* illustre *Collegium*, ex Cardinalibus omnibusqve Nationibus collectum, in Concilio constitueretur, in quo superiora illa similiaque Reformationis momenta excuterentur, atque quid faciendum definiretur.

Collegii illius *Reformatorii in Constantiensi Concilio* solenniter constituti

tria

tria monumenta præclara *Parte X. XI. XII.* exhibuimus: *Geminum* nempe *Reformatorii Constantiensis* idq; prolixum *Protocollum*, nec non illius *Decreta* ac *Decretales*.

Quoniam verò in hoc Reformatorio in specie *de Annatis non amplius solvendis* aut restringendis diu multumq; actum, in eamque communiter sententiam itum, non illas inposterum esse solvendas, Cardinalium verò Collegium illas ursit continuandas: *Galli* peculiari scripto in Concilio edito sententiam Reformatorii *de Annatis denegandis* propugnarunt. Hoc itaque Gallorum opusculum *Parte XIII.* jure successit.

Quando autem in illis *Reformatorii tractatibus* de futura Reformatione Ecclesiastici Regiminis sedulo agebatur, *mora longa* ipsum effectum diu distulit. Qvo factum, ut *longa dilatione* spes si non frangeretur certe minueretur.

Quamobrem publicis in Concilio *epistolis* ac gravissimis *Orationibus*, ad Imperatorem scriptis, vel coram tota Synodo palam institutis, Episcopi, Abbates, aliiq; Viri Illustres dolorem testati de dilata nimis diu Reformatione, serioqve Concilii Patres hortati ad maturandum hoc saluberrimum negotium. Quales *epistolæ* ac solennes *Orationes*, à Patribus in Concilio de hoc Ecclesiasticæ reformationis maturandæ negotio habitæ, exhibitæ sunt à nobis, juxta temporis ordinem, ut dignoscere licuit, *Parte XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX.*

Atque ita tres prope anni in Concilio insumpti his de Reformatione consultationibus. Donec Anno 1417. eoque ad finem vergente, *acris in Concilio disputatio inter Cardinales & Nationes* oriretur, utrum negotium dignius magisque necessarium, adeoque præmittendum, Reformatio Ecclesiastici ordinis, an creatio novi Pontificis. Quæ concertatio in præmittendam electionem novi Pontificis, invitis licet quibusdam Nationibus, tandem abiit: Caput salubre esse constituendum ante, quàm membra corrigerentur aut sanitati redderentur. Indeq;, dum ad electionem illam Papæ res omnis in Concilio composita, solennissima *Oratione* virtutes boni ac melioris Papæ, ad reformationem procurandam apti, sunt expositæ ac denunciatæ. Qualis *idea melioris Pontificis in Const. Concilio eligendi* tradita *Parte XX.*

Electo Pontifice Martino V. negotium Reformationis Ecclesiasticæ si non plane neglectum, somnolentius certe curatum, uti *Sigismundus Imperator* erat auguratus. Quippe quod proximo statim die ab electione Novi Pontificis, *Regulæ Cancellariæ* curiæ Papalis ad exemplum antiqvum in Concilio toties & tam acerbe impetitum, ederentur. Quod haud obscurum subruendæ desideratæ emendationi indicium. Quas *Cancellariæ Martinianæ regulas*, in Constantiensi Concilio proxime ab ejus electione adornatas, cum antecessoris *Johannis* XXIII. *regulis* comparatas, produximus *Parte XXI.*

Ast, non quievisse ab electione novi Pontificis Nationes, nec à Reformationis desiderio destitisse, *Germani* testes sunt. Hi enim publico scripto Martino Papæ exhibito Reformationem præfixam ac

Papæ injunctam constanter urserunt, *Articulis de Reformatione supremi Regiminis Ecclesiastici* exhibitis, ut videre est *Parte XXII.*

Neq; omnino vana ac contemnenda esse hæc repetita Germanorum ceterarumq; Nationum de Emendatione disciplinæ Ecclesiasticæ vota ac desideria, prodidit Martinus, quando *Delineationem Reformationis Ecclesiasticæ in capite primum & curia Romana* consignari ac Nationibus proponi curavit, qualem ipse indulgere aut procurare constituisset. Id quod patet ex *Parte XXIII.*

His autem Martini propositionibus se acquiescere non posse intellexerunt quidem Nationes: Nihilominus, cum voti sui se compotes haud fore animadverterent, admisere quomodocunque novum Martini consilium, qui Nationes dividere ac divisim cum illis transigere decreverat. Atque ita sigillatim ac separatim cum Germanis aliquo modo de Reformationis Ecclesiasticæ momentis transegit Martinus. Quæ *Germanicæ Nationis ac Martini V. Concordata Constantiensia* comparent *Parte XXIV.*

Cum *Anglis* quam sacræ disciplinæ ergo tunc inierit *Concordiam*, commemoratum *Parte XXV.*

Postquam ita à Martino cum Nationibus pactum qualitercunque ac transactum erat, *abruptum Concilium* ex Martini arbitrio. Dilataq; *plenior Reformationis tractatio* ad proximum ex hujus Concilii decreto intra quinquennium compariturum novum Concilium Papiense.

Quod interruptum Constantiensis emendationis negotium quem dolorem bonis creaverit, impensumque emendationis desiderium non restinxerit sed magis accenderit, omnium numero *Gobelinus Persona* nunciabit, qui cum Concilii Constantiensis fine suam his votis ac suspiriis illo tempore obsignavit historiam. *Sunt quædam reformata, quamvis respectu* CONCEPTORUM *pauca, verbis quidem & scriptis, quæ propter humanam mentis mutabilitatem, divinitatis excusantem se sub umbra, hic inserere non præsumo. Ego quidem jam annis multis statum pertractans Ecclesiæ, per quem modum ad universalis Ecclesiæ reformationem perveniri posset, curiosa mente revolvi. Quem quidem modum Dominus fortasse ostendet, cum in spiritu vehementi conteret naves Tharsis. Porro Anno Domini* 1418 *supradicto* 22. *Mensis Aprilis, istud Concilium Constantiense absolutum est, & aliud Concilium generale deinde ad quinquennium in Papia civitate Liguriæ seu Lombardiæ celebrandum per Papam est indictum. Et quia corpus quod corrumpitur, nimis aggravat animam, me tædet hujusmodi scriptis amplius occupari. Cum igitur in vineam Domini sim inter sub denarii divini mercede conductos ingressus, ad ipsum agricolam, qui purgando palmites fructum afferentes, infructuosos palmites novit auferre, sub spe, qua Propheta æstuando dixit:* Deus virtutum convertere, respice de cœlo & vide, & visita vineam istam & perfice eam, quam plantavit dextera Tua: *Me convertens, hunc librum, sub Bonifacio Papa IX. inchoatum, & sub Martino Papa V. anno Pontificatus ejus primo, d.* 1. *mensis Junii, anni Dominicæ Nativitatis* 1418. *Illustrissimo Sigismundo, Romanorum, Teutoniæ & Ungariæ regnorum in sceptris agente,*

con-

consummatum, *hac Ecclesiæ Oratione concludo:* Da nobis, Domine, quæsumus, ut & mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur, & Ecclesia tua tranquilla devotione lætetur.

Hi conatus, hæc consilia, fata & vota orbis Christiani, in Concilio Constantiensi, *de morum ac disciplinæ Ecclesiasticæ emendatione.* Quæ acta pleraq; *Capitis supremi ac disciplinæ Ecclesiasticæ communis* emendandæ formam attingebant. Nam propter immensurabilem reformationis sacræ ambitum *inferioris status Ecclesiastici ratio* in Concilio tunc haberi non potuit. Ut *supremi regiminis sacri forma* præcipue tunc attenderetur, ac, qua ratione melior illi habitus conciliandus, dispiceretur.

Nihilominus tamen de quorundam *Ordinum Monachalium* emendatione religiosa nonnihil in Concilio hoc actum. Præcipue res *Benedictinorum*, quoad vitam & sacrorum cultum, in Concilio sedulo aliquot annis excussæ. Quam specialem *Benedictinorum reformationem Constantiensem* sub finem exhibere è re lectorum fore judicavimus. De his itaque *Parte XXVI.*

Atque hæc sunt ordine recensita *Reformationis Constantiensis negotia*, ex antiquissimis monumentis multo studio erura, & in lucem nunc demum producta. Ut igitur brevis quædam Reformationis in Constantiensi concilio quæsitæ Summa opus hoc clauderet, consultum fuit visum *Ullerstoni Anglicani Theologi*, illa ætate celebris, præclarum monumentum, *Petitiones quoad Reformationem Ecclesiæ militantis*, ad calcem operis collocare *Parte* XXVII. Quod etsi paulo ante Constantiense Concilium, sexennio fere, exaratum, *præcipuum* tamen *desideratæ emendationis Constantiensis argumentum* illo exhiberi animadversum.

CAP. XV.

De Avisamentis Constantiensibus Reformatoriis, apud Goldastum.

LAtere in scriniis plura, superioribus haud dissimilia, non inficias ibimus. Forte & altera hujus Operis recensio locupletior evadet. Potissima interim æstimamus, quæ dedimus.

Suo etiam loco Operi inserere animus quidem fuerat, quæ *Goldastus Const. Imp. Parte I. f.* 149. *seq.* exhibuit *Constantiensia Avisamenta.* Ast dolendum, quod non adjecerit; ex quo MSCto hauserit, quod quæreremus! Distinctio in capita uti recentior, sive Goldasti sive alterius, haud sane visa accurata; Cum illa divisa appareant per Capita, e. g. per Cap. IV. & V. quæ ejusdem periodi membra constituunt. Neque integrum esse opusculum ex ultimis verbis manifestum. *Versio* quoque horum quam exhibuit Goldastus Germanicam, non ut apparet veteris, sed recentioris ævi, nescio an ipsius Goldasti, docta quidem, sed ex corruptiori illo exemplari concinnata, quæ nec ultra latinum textum longius in fine excurrat. An & latina *inscriptio*, quam stitit *Goldastus*, in *MSCto* sit inventa, an ab illo præfixa, incertum:

Anti-

Antiquam non esse verosimile. Annus quoq; 1416. designatur. Quem an in MSCto invenerit, an collegerit, dubium. Videtur addidisse, pro sua conjectura. In *Inscriptione Germanicâ*, à Latina diversa, memoratur, Imperatoris Sigismundi executioni illa fuisse demandata. Quod ambiguum, neque ex MSCto videtur haustum. Neque verosimile hoc esse factum. Cum Avisamenta talia non Sigismundi executioni cõmitterentur, sed Concilii determinationi ac sententiæ relinquerentur. Cui similis conjectura de anno & Sigismundi executione incautius adjecta *Avisamentis Moguntinis*, latinis & Germanicis, apud *Goldastum l.c.* 155. *&* 160. Quippe quæ ad Annum 1427. relata, cum ad A. 1440. pertineant, & ante Basileense Concilium edita dicuntur, quæ sub Basileensis Concilii fere finem consignata, nec non Sigismundi executioni tradita affirmantur, quæ ab obitu Sigismundi & Alberti, sub Friderico publicata.

Quapropter illa à nobis mittenda videbantur. Quod autem paucula sint, ne quid omnino studiò neglexisse videamur, aliorum nutum observantes heic illa lectori ex Goldasto sistimus, emendatiora tamen atq; paulo clariora, ut *absente MSCto* conjectandi jus & facultas admisit.

AVISAMENTA CONSTANTIENSIA

Per Deputatos Provinciarum Nationis Germanicæ concepta in Concilio Constantiensi, & postea per Deputatos ejusdem Nationis audita, super materia *Apostolicarum Reservationum* & *Collatione beneficiorum*, hactenus per Summos Pontifices & ordinarios collatores practicanda.

INprimis *ad tollenda* illa *scandala*, quæ hactenus ex diminutione divini cultus, *Simoniaca extorsione pecuniarum, ambitione* & cupiditate, proventuum Ecclesiasticorum beneficialium & possessionum eorum desolatione, acciderunt in Ecclesia Dei &c. Pro illorum scandalorum materia resecanda, videtur, qvod *per hoc Sacrum generale Concilium* tolli, auferri & *revocari debeant reservationes* omnium & singulorum beneficiorum Ecclesiasticorum, tam majorum qvam minorum, *quæ saltem corpore juris non clauduntur.* Ut sunt videlicet illæ, qvæ introductæ sunt in *existentia Ad regimen*, aut *per* qvascunqve *regulas Cancellariæ* &c. Qvod hujusmodi *reservationes* futuris temporibus *nullatenus* per qvemcunqve Summum Pontificem *fiant*, sine declaratione, autoritate, consensu & *approbatione Concilii generalis.*

Item tollatur hæc *nimis exorbitans abusio*, qvam sibi Domini *Cardinales* velut pro lege servare conantur. Videlicet, qvod bona Ecclesiastica qvæcunqve, per Cardinales obtenta, si illa vacare contingat, aliis qvam Cardinalibus conferri non debeant. Qvod utiqve magnum inconveniens esset in Ecclesia sancta Dei. Qvia *introduceret* præcisè *acceptationem personarum*, qvam supremus Monarcha in Ecclesia triumphante non admittit.

Item qvia id *officium* Dominorum *Cardinalium est, Summo Pontifici*, cui universalis solicitudo Ecclesiæ Dei commissa est, secunuum suas partes *assistere*, & in agendis rebus *consilium dare:* Cujus occasione verisimiliter continget, ipsos non nisi in Curia Romana decedere: Et ex eorum decessu sua beneficia dictorum Dominorum Cardinalium, per ipsos jam obtenta, in curia perpetuarentur, in magnum

gnum detrimentum illorum beneficiorum & ſuarum poſſeſſionum,& (qvod pejus eſt) divini cultus & Chriſti fidelium animarum, illa ad ſua remedia & Dei laudem freqventandam inſtituentium: Statuat *hoc generale Concilium*, qvod Domini *Cardinales*, habentes Eccleſiaſtica *beneficia*, de facto illa *obtineant*, ſi ſaltem velint, *quamdiu vivant*. Sicqve *ipſis decedentibus vacare cenſeantur ipſis ordinariis Collatoribus*, (Non obſtante *C. Licet, Statutum, & Ca. Preſenti, De prebendis, lib.6. Decretal. lib. 3. c. 2. 3. 34.*) ſicut ſi ipſi extra Romanam curiam deceſſiſſent.

Ex præfatorum Dominorum *Cardinalium numero reducto*, ſecundum qvod in *aliis reformatoriis articulis* eſt aviſatum, nulli Cardinalium tunc in antea aliqvod beneficium Eccleſiaſticum, majus aut minus, detur vel aſſignetur, cui in *propria perſona* præeſſe, aut ipſum *regere* non valeat. Sed ipſi ſicut pro communitate totius laborent Eccleſiæ, ita ipſis ſecundum decentiam ſtatus eorum de omnibus fructibus Cameræ Apoſtolicæ, aut de regnis aut provinciis Chriſtianitatis diſtinctis provideatur, ſic qvod *quilibet annuatim* pro decentia ſui ſtatus ſervandi, cum debita moderatione & ſuperfluorum amputatione, habeat *III. vel IV. millia florenorum*: ſecundum qvod *huic ſacro Concilio* pro ſalubri remedio *contra faſtus, pompas, ambitionis, cupiditatis & voluptatis morbos*, qvi à *talibus Apoſtolorum Chriſti ſucceſſoribus debent eſſe longe remoti*, viſum fuerit expedire.

Item ſtatuatur & ordinetur, qvod in omnibus *beneficiis electivis*, ſive ſint Patriarchatus, Archiepiſcopatus, Abbatiæ, Præpoſituræ, Primiceriatus, Prioratus, Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanatus, aut alia electiva beneficia inferiora, ſerventur *jura de Electione & Poſtulatione* in corpore Juris contenta, cum omnibus eorum capitulis, prout poſita & ab antiqvo per ſanctos Patres practicata ſunt. Qvæ etiam beneficia *electiva ſub quacunque expectativa gratia cadere non debeant*. Sic tamen qvod illæ *Electiones*, qvotiens occurrerunt faciendæ, poſtqvam factæ ſunt, *per immediatos ſuperiores* ſecundum formam Juris *examinentur*, & canonice factæ confirmentur. Et qvod nullo modo liceat Summo Pontifici qvicqvam in contrarium attentare, præterqvam in *electis ſibi immediate ſubjectis*, de qvibus habebit prohibere; Vel niſi contingat in præmiſſis qvicqvam contra formam Juris factum aut eſſe qvomodolibet attentatum, qvo, ſicut ad id tenetur, ita ſibi liceat taliter acta vel attentata retractando, ſive in melius ordinando, reformare, cum poteſtate corrigendi vel puniendi transgreſſores.

Item, qvia ſecluſis beneficiis electivis, de qvibus in proximo capite mentio facta eſt, reliqva *beneficia Eccleſiaſtica, qua* ſaltem *non ſunt de jure patronatus Laicorum*, ſunt adhuc in duplici differentia: Nam qvædam ſunt *minora*, ut qvæ taxam decem marcarum argenti puri non excedunt, alia ſunt *majora*, qvæ communi æſtimatione hujusmodi taxam excedunt: Item qvædam *minora beneficia* ſunt, *qua continuam perſonalem præſentiam*, & continuum exercitium divini officii reqvirunt, ſic, ut qvaſi *manualia* cenſeantur: Idcirco, ut ſecundum valorem beneficiorum fiat moderatio talis, ut *magis idoneis & bene meritis majora & minus bene meritis minora beneficia*, ſecundum æqvalem juſtitiæ diſtributivæ regulam, qvod melius fieri poterit, *conferantur*: Statuat & ordinet *hoc ſacrum Concilium*, qvod ſub gratiis Apoſtolicis, *in forma ſpeciali* conceſſis, nullatenus omnino cadere debeant minora, qvæ videlicet taxam decem marcarum argenti non excedunt, vel continuum reqvirunt exercitium divini officii: Ut ſunt Vicariæ, Capellaniæ, Altariſtiæ, & Præmiſſariæ, tam Cathedralium qvam collegiatarum Parochialium qve Eccleſiarum, Monaſteriorum & Conventuum ac hoſpitalium. Et ex adverſo ſub gratiis in *forma pauperum* conceſſis non cadant *beneficia majora*, qvæ taxam videlicet decem marcarum argenti puri excedent. Et ſi qvæ ſignaturæ gratiarum ſecus factæ reperiantur, careat impetrans commodo literarum Apoſtolicarum deſuper conficiendarum. Et acceptiones & proviſiones, ſuper talibus confectis literis factæ, ſint irritæ, caſſæ, & ipſo jure nullæ.

Item diſponat & *ordinet hoc ſacrum Concilium*, qvod Summus *Pontifex* futuris

temporibus qvemcunqve *ordinarium Collatorem gravare non habeat*, neqve debeat, nisi per unicam Apostolicam expectativam in *forma speciali* ad *beneficia majora*, qvæ taxam decem marcarum argenti puri, ut præmittitur, excedent. Et similiter non nisi per unicam Apostolicam expectativam *in forma pauperum* ad *beneficia minora*, ut præmittitur.

Et ad cavendum multitudinem per variam *importunitatem* qvandoqve *impetrantium*, in singulis gratiis expectativis, secundum dispositionem Juris communis antiqvi, ponatur hæc clausula: *Si pro alio sub tali forma, vel gratia specialis in forma pauperum, sit ipso jure nulla.* Sic similiter de tertia parte & conseqventi, nec non omnia inde secuta nullius sint roboris vel momenti.

Caveatur autem in omnibus, qvod *executores Apostolici*, secundum tenorem literarum Apostolicarum non declarent ullos ad obtinenda Ecclesiastica beneficia *habiles* & *idoneos*, nisi qvi *districto examine* tales de facto reperiuntur.

Item, qvod ad providendum universali Ecclesiæ Dei, qvæ contra infideles, hæreticos, schismaticos, & bonorum morum eversores, maxime indiget *viris literatis & in scientia eruditis, qui in generalibus studiis & aliis* patrimonia sua & labores suorum consumunt parentum, & qvibus forsitan per Ordinarios eis ignotos minime vel saltem tardius provideretur: Statuat & *ordinet hoc sacrum Concilium*, reservandi *pro viris literatis quartam partem omnium Ecclesiast. beneficiorum majorum*, videl. qvæ taxam decem marcarum argenti videantur excedere. Sic videlicet, ut in qvalibet Ecclesia Cathedrali *quarta pars canonicatuum & præbendarum reservetur pro Doctoribus Sacræ Theol. Juris Canonici & Civilis, aut Licentiatis in eisdem.*

In singulis vero *Collegiatis Ecclesiis*, qvæ saltem *præbendas majores* & dictam taxam excedentes habent, similiter *quarta pars Canonicatuum*, præbendarum, pro dictis *Doctoribus, Licentiatis, aut in medicina Doctoribus, Magistris in artibus*: Ac in dictis facultatibus *Theologiæ, Juris Canonici, Civilis & Medicinæ Baccalaureis* reservetur.

Et ita de qvarta similiter cujuscunqve alterius ordinarii collatoris. Sic qvod ad illam nominatam qvartam partem talium majorum beneficiorum, omnium *Ordinariorum*, post dictorum beneficiorum vacationem, sint *manus clausæ*, sicut per decreta Summorum Pontificum hactenus fuerunt, *per unum mensem*, per qvem dicti ordinarii collatores expectare, & præfati Doctores, Licentiati, Magistri & Baccalaurei venire, & ut recipiantur instare, teneantur.

Qvod si tales non venerint infra mensem, nec ut recipiantur instent, aut forsitan instent, & dicta beneficia deservire non velint, aut ea etiam deservire volentes alias forsan sint inhabiles, inidonei: Tunc liceat Collatoribus Ordinariis dicta beneficia vacantia aliis personis *idoneis, etiam non graduatis*, ista vice conferre. Sic tamen, qvod in aliis futuris vacaturis beneficiis, de dicta qvarta parte existentibus, præfatis Doctoribus, Licentiatis, Magistris & Baccalaureis nullum præjudicium generetur.

Collationes vero secus aut aliter factæ, sint ipso jure nullæ. Et nihilominus Collatores secus seu in contrarium Ecclesiastica beneficia conferentes, eo facto suspensionem à collatione etiam aliorum beneficiorum, ratione qvorum hujusmodi eis collatio debetur, per triennium sint suspensi. Et ultra hæc talia tam apud Collatorem qvam apud eum, cui secus provisum extitisset, in proxima vel in provinciali vel Episcopali Synodo, & secundum ejus determinationem, corrigantur & reformentur, qvod cæteris cedat ad exemplum.

Qvod in *hoc sacro Constantiensi Concilio* non solum Episcopi & Principales insulati Abbates *habere* debeant *voces judicativas*, diffinitivas, sed Episcoporum & Abbatum, nec non Capitulorum & Universitatum Studiorum procuratores, Monasteriorum & conventuum Præceptores, Generales Ministri, Provinciales, & Priores, Magistri, Doctores, & devotorum Christi fidelium Oratores, ex subseqventibus videtur apparere, &c.

CAP. XVI.

De difficili antiqua hæc MSCta resuscitandi aut instruendi opera, ac sincero scopo.

ATq; hæc prima *moles* est *rerum Concilii Const. quoad Ecclesiasticæ disciplinæ reformationem.* Quam hactenus haud proditam, sed profundis tenebris mersam, ex vastis MSCtis eruimus, suscitavimus, sqvalore deterso perpurgavimus, ac pro nostri seculi decore exornavimus. Meminere quidem Scriptores, *Spondanus*, aliiq; actum fuisse sedulo in hoc Concilio multis congressibus *de morum Ecclesiastici ordinis emendatione.* Ast quæ illæ fuerint tractationes, quo collimaverint, quid desideratum, quid definitum, quid conclusum, quid, & unde dilatum, vix ac ne vix quidem commemorarunt, tantum abest ipsa *Concilii* quoad hanc rem *monumenta* exhibuerint. Ingentem itaque hanc farraginem, *ex antiquissimis MSCtis* tenacissimo labore productam, tantoque numero cumulata hactenus inedita antiquissima hujus argumenti monumenta impertimus.

Operam verò nostram, rebus his antiquis, sepultis, perditis, ac perobscuris recensendis impensam, non fuse explicabimus, de qua prudens, expertus & benevolus lector sponte æqvum feret judicium. Qui antiqua hæc talia MSCta monumenta inspexerit, satis abundeq; animadvertet, quàm illa intricatarum instar veprium lectorem continuis suis abbreviaturis absterreant, quam suis implexis & contortis uncinulis oculos legentis fatigent, inexplicabilibus interdum suis corruptarum vocum nodis manus illa versantis torqueant, quàm in fugam facile impatientem hæ cruces vertant. Ut non esset mirum, abjicere vel doctissimos quosque, qui alias his lubentes occuparentur, vel spem vel patientiam, dum se ad hæc rudera movenda componant: Nisi publica salus animum nonnullis adderet, his vepretis ac dumetis non manus duntaxat sed totum admovendi corpus. Uti enim animo prompto, pectori constanti, frontique serenæ, nihil tam est molestum, quin superet, suæq; virtuti subjiciat: Ita contemnuntur, patientiæ præsidio, publiciq; boni amore, insuperabiles etiam visæ molestiæ. Celsa quoq; montium juga scanduntur ac superantur ab illis quos iter arduum delectat. Quidni ergo saluberrima SERENISSIMI BRUNSVICENSIUM DUCIS RUDOLPHI AUGUSTI, jussa pro publica salute & Germanicæ nostræ gloriâ, alacriter, ut decet, exequamur, omni postposito difficultatis & insolubilium nodorum metu.

Sic igitur labore pertinacissimo non caruit *sententia in MSCtis cognoscenda* atque fideliter exprimenda. Infinitæ sane abbreviatæ aut *decurtatæ voces*, quæ Oedipum vel postulent vel vexent, ex rerum istius tempestatis ordine auguria & conjectandi celeritatem aut felicitatem expectarunt.

Accedit quod nulla propemodum in antiquis illisMSCtis *distinctionũ lumina*. Tenebras abyssum tegere non diffitebitur, qui in hoc MSCtorum antiquorum pelagus oculos verterit. Profecto, magnæ interdum artis est, pervidere genuinam Orationis seriem, vera vincula, terminos justos, ubi nulli fines, omnia sparsa apparent. Fecimus & hic, quod pro ingenii tenuitate, & rerum istius temporis cognitione ac conscientia licuit. Distinximus, ut nostra secula hanc lucem novam merito amant, in *paragraphos*, pro rerum præcipuarum intervallis, in *periodos, majora minoraque membra*, pro Orationis habitudine & nexu. Sed &, ubi operis conditio tulit, in *Capita* divisimus, ut tractationis ordo & argumentorum vis tanto clarius perspiceretur. Quæ sunt nostræ ætatis adjumenta. Præmisimus & *argumenta* capitibus, quæ subito lectori nervum omnem ob oculos ponant. Posthæc & *margini* summas rerum adjecimus, quæ non nostram, sed autoris unice exprimant mentem. Præterea non exiguam in recensione veterum MSctorum lucem affulgere experimur ex *literarum discrimine* in oratione, ut, sicubi nervus sententiæ autoris lateat, & uti vis longi argumenti sese lectori ostentet, notabiliori *currente* quam vocant literatura designetur. Qvod itidem omni diligentia ac sollicitudine exprimere, atque & hoc pacto lectorum commodis inservire studuimus.

Qvod reliqvum, in tam vasto antiqvissimorum MSctorum cumulo diffundendo, & tam intricatis & implexis vel contortis sententiarum latebris distingvendis, tenacissimis involucris explicandis, sicubi nos ostendisse judicaverit lector, mollius interpretabitur: Memor, in his scopulis non titubasse, non impegisse, & in lapsum nullibi pedem inclinasse, non hominis esse sed celsioris virtutis. Typographorum verò, ut est hodie horum in describendo cura neglectior, culpam haud luemus. Nec enim preces, nec vota, uberiorem attentionem illis infuderint, emendandiqúe repetitam curam haud reddiderint beatiorem.

Omnem verò hunc nostrum, qualemcunque laborem, ad Dei gloriam, divinæ providentiæ laudem, Ecclesiasticæ historiæ lucem, Sigismundi Imperatoris honorem, Germaniæ nostræ decus, ac posteritatis emolumentum, unice impendimus. Qvi nullum commodum privatum ex industria operaq; nostra aucupati sumus: Sed puro ac sincero in publicam salutem affectu ducti, Serenissimi DUCIS RUDOLPHI AUGUSTI clementissimam voluntatem, ac inexplicabile Celsitudinis Ejus pro publica re juvanda desiderium, constantissime intuiti, vel vitam nostram impendere parati fuimus. Neque est, quod in fugaci hac vita aliud desideremus, præter publicam salutem, bonorum in nos amorem, ac desideratissimam Dei gratiam æternum duraturam.

Absol. A. M DC XCVII, d. 5. Junii

ELEN-